











Novum Testamentum

NOVVM TESTAMENTVM GRAECE

& Latinè, iuxta ueterum, cùm Græcorum, tum Latinorum, emendatissima exemplaria, accuratissima cura & diligentia D. Erasmi Roterod. iam denuo & collatum, & postrema manu castigatum.

T. L. p. 39

Collegii Posnaniensis Soc: JESU

II. 383. b.

Accesserunt in fine operis Lectionum varietates ex diuersis exemplarib. (quibus vsi fuimus in hac editione) vetustiss. collectæ.



IV 7a.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, sub sole aureo, uia ad Diuum Iacobum.

Inscriptus Collegio Soc. JESV. Posn.

1543

II. 383. b.

G.



xv Sculevis

NOVVM TESTAMENTVM GRAECE

& Latinè, iuxta ueterum, cùm Græcorum, tum Latinorum, emendatissima exemplaria, accuratissima cura & diligentia D. Erasmi Roterod. iam denuo & collatum, & postrema manu castigatum.

Accesserunt in fine operis Lectionum varietates ex diuersis exemplarib. (quibus vsi fuimus in hac editione) vetustiss. collectæ.

PARISIIS,

Excudebat Carola Guillard, sub sole aureo, uia ad Diuum Iacobum.

1 5 4 3

Collegii Posnaniensis Soc: JESU

II. 383. b.

IV 7a.

Inscriptus Collegio Soc. JESV. Posn.

II. 383. b.

DILECTO FILIO
Erasmo Roterod. Sacræ Theologiæ professori.

LEO, P^A P^S X

DIlecte fili salutem, & apostolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in testamentum Nouum iampridem editæ, non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant, quàm quòd non vulgari, sed noua & insigni quadam eruditione præstabant, omniúmque doctorum calculo plurimum laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illustratásque fuisse, certiores facti non mediocriter gauisi fuimus, ex prima illa editione, quæ absolutissima videbatur, coniecturam facientes, qualis hæc futura, quantúmve boni, sacræ Theologiæ studiosis, ac orthodoxæ fidei nostræ sit allatura. Macte igitur istius animi tui esto, ac publicæ vtilitati studens, operi tam sancto, vt in lucem exeat, sedulò inuigila, dignã quidem tot laborũ mercedẽ ab ipso Deo relaturus, à nobis verò meritam commendationem, & cunctis Christi fidelibus perpetuam laudem consequuturus. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Sub annulo piscatoris. Die X. Septemb. M. D. XVIII. Pontificatus nostri Anno Sexto.

S.D. 1371 I
1240410 (N)
N. 5278475
BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU
1934-1375

LEONI DECIMO PONTIFICI MAXIMO MODIS OMNIBVS

summo, [illegible]
Theologorum infimus.
S. D.



NTER TOT EGREgia decora Leo decime pontifex Maxime, quibus vndique clarus & suspiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adisti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamentis, non minus eruditorum hominum monumentis, quàm maiorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris corporis animique dotibus, quas partim diuini numinis indulsit benignitas, partim eadem aspirante, tua parauit industria, non alia res te verius aut magnificentius illustrauit, quàm quòd ad istum honorem, quo maior inter homines, homini non potest contingere parem morum attuleris, innocentiam: neque enim vitam modo ab omni dedecore longe lateque semotam, verum etiam famam, nulla vnquam sinistri rumoris labe aspersam ad pontificiam sublimitatem pertulisti. Id quod quum vbique difficillimum est, tum præcipue Romæ, cuius vrbis tanta est libertas, ne dicam petulantia, vt illic à conuitiis parum tuta sit & integritas, ac ne ij quidem absint à crimine, qui plurimum absunt à vitiis. Quibus rebus factum est, vt Leoni non paulo plus veræ laudis pepererit, quod summum pontificium promeruisset, quàm quòd accepisset. Iam in ipsa pulcherrimi simul & sanctissimi muneris functione, quum tot præclaris factis, tot eximiis virtutibus susceptum honorem vicissim cohonestes, nihil tamen est quod te superis pariter & mortalibus commendet efficacius, quàm quòd summo studio pariqué sapiétia illud potissimũ agis ac moliris, vt indies in melius proueheatur christiana pietas, hactenus temporum maximeque bellorum vitio, nonnihil labefacta collapsaque, vt est cæterarum item omnium rerum humanarum natura, ni manibus pedibusq;

 obnitamur,

obnitamur, paulatim in deterius relabi, velutiq́ue degenerare. At res egregias aliquoties vt difficilius, ita & pulchrius est restituisse, quàm condidisse. Proinde quando tu nobis velut alterum præstas Esdram, & sedatis quod in te fuit, bellorum procellis, sarciendę religionis prouinciam strenue capessis, par est nimirum, vt omnes vbique gentium ac terrarum Christiani, rem omnium pulcherrimā ac saluberrimam conantem, pro sua quisque facultate adiuuent. Iam video passim excellentes ingenio viros ceu magnos & opulentos Reges, Solomoni nostro in templi structuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli, seu potius homunculi, qualescunque materias, aut certe caprarum pelles, ne nihil conferamus, mittere studemus: vile quidē munusculū, quod ad nostrā attinet operā, sed vnde (nisi me fallit animus) Christi templo, si non multum splendoris, certe non parū vtilitatis sit accessurum, præsertim si eius calculo comprobetur, de cuius vnius nutu ac renutu summa rerum humanarum pendet vniuersa. Etenim quum illud haberem perspectissimum, præcipuam spem planéque sacram, vt aiunt ancoram, restituendæ sarciendæque Christianæ religionis in hoc esse sitam, si quotquot vbique terrarum Christianam philosophiam profitentur, in primis autoris sui decreta, ex euangelicis apostolicisque literis imbibant, in quibus sermo ille cœlestis, quondam è corde patris ad nos profectus, adhuc nobis viuit, adhuc spirat, adhuc agit & loquitur, sic vt mea quidem sententia nusquàm aliàs efficacius aut præsentius: ad hæc, quum viderem salutarem illam doctrinam longe purius ac viuidius ex ipsis petiri venis, ex ipsis hauriri fontibus, quàm ex lacunis aut riuulis nouum (vt vocant) testamentum, vniuersum ad Græce originis fidem recognouimus, idque non temere neque leui opera, sed adhibitis in consilium compluribus vtriusq; linguæ codicibus, nec iis sane quibuslibet, sed vetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam nouimus in rebus sacris, religiosē quoque versandum esse, nec hac contenti diligentia, per omnia veterum theologorum scripta circumuolantes, ex horum citationibus aut expositionibus subodorati sumus, quid quisque legisset aut mutasset. Adiecimus Annotationes nostras, quæ primum lectorem doceant quid qua ratione fuerit immutatum: deinde si quid alioqui perplexum, ambiguum aut obscurum, id explicent atque enodent. Postremo quæ obsistāt, quo minus procliue sit in poste-

rum

rum deprauare, quod nos vix credendis vigiliis restituissemus. Quanquam, vt ingenue dicam, quicquid hoc est operis videri poterat humilius quàm vt ei dicandum esset, quo nihil maius habet hic orbis: nisi conueniret, vt quicquid ad religionem instauandam pertinet, haud alij consecretur, quàm summo religionis principi, & eidem assertori. Neque metus est, ne munus hoc nostrum qualecunque, sis aspernaturus, qui non loco tantũ referas illũ, qui donaria nõ preciis sed animis solitus est æstimare, qui duo minutula pauperculæ viduæ, splendidis & opimis diuitum donariis prætulit. Iam an non quotidie videmus inter auro gemmisque radiantia regum donaria pratensibus flosculis, aut hortẽsibus herbulis cõcinnatas corollas suspendi diuis, quas, re tenuis, pietate diues offert plebecula? Alioqui quicquid illud est, seu magnum, seu pusillum, seu ludicrum, seu serium, quod huius ingenioli fundus produxerit: id omne, vt nullus dedicem, suopte iure sibi potest vindicare, summus ille apud suos, virtutũ ac literarum omnium Mœcenas & Antistes Gulielmus Varanus archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ nõ tituli tantũ honore primas, ac tuæ sanctitatis legatus, vt vocãr, natus: cui meipsum quoq; quantus quantus sum debeo, non modo vniuersum studij mei prouentum. Siquidem is (vt ne dicam interim, cuiusmodi tum publice tum priuatim in me fuerit) id præstat suæ Britanniæ, quod Leo præstat orbi terrarum: quódque Medicea domus iam olim est Italiæ, vel hoc nomine terrarum omnium felicissimæ, hoc is suis est Anglis, ceu salutare quoddam sydus, ab ipsis fatis in hoc datus, vt eo præside, quicquid est bonarum rerum repullulet ac suboleſcat. Nam perinde quasi vno in homine plures sint heroes, & in vnico pectore non simplex inhabitet numen: ita miris modis Archiepiscopum gerit ecclesiæ, legatum sedi Romanæ, consiliarium regiæ, cancellarium iustitiæ, Mœcenatem studiis, cuius opera potissimum factum est, vt insula iam olim viris, armis, opibusque pollens, nunc optimis item legibus, religione, moribus, ad extremum ingeniis omni literarum genere perpolitis, adeò floreat, vt cum quauis cæterarum regionum possit ex æquo contendere. Verum quo latius huius laboris nostri manaret vtilitas, visum est, tui nominis apud omnes sacrosancti, ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti commoditatem, præsertim cum huc vocet ipsa quoque rei ratio, quod pulchre congruebat, vt illius auspiciis hæc Christiana philoso-

phia deriuaretur ad omneis mortales, qui Christianæ religionis teneret arcem, ac per eum proficisceretur doctrina cœlestis ad vniuersos homines, per quē Christus nos voluit accipere, quicquid homines è terris euehit in cœlum. Quanquam adeo quid tandem vetat, quo minus hic liber gemina commendatione fultus, hoc etiam felicius & auspicatius exeat in manus hominum, si duobus totius orbis summatibus viris communiter fuerit cōsecratus? Quandoquidem aris templisq; videmus hoc plus accedere maiestatis ac venerationis, quod pluribus simul diuis sint dedicata. Iam hoc quantumlibet nouum videatur, modo publicæ conducat vtilitati. Et ea est Leonis modestia facilitasque, vt hac parte non minus sit maximus, quàm ea qua maximos omnes lōgo superat interuallo. Et ea est archiepiscopi in omni decorum genere præstantia, vt Leonem omnibus numeris summū, non alius magis deceat collega. Postremo si fas est apud tantum principem nonnihil Thrasonis è comedia referre, quantumuis in speciem humilis videatur hic meus labor, tamen confido futurum, vt attentus lector aliquanto plus deprehendat in secessu, quam prima statim fronte præ se ferat opus. Sed ne celsitudinem tuam iugi solicitudine terrarum orbi consulentem, longiori sermone remorans, in publica peccem commoda: quod reliquum est cum plebeio lectore transigam: sed prius illud apprecatus, vt cuius prouidentia Leo decimus contigit subleuādis rebus mortalium, idem eum nobis & quàm maxime longæuum esse velit & felicissimum. Basileæ, anno restitutę salutis millesimo quingentesimo decimo sexto, calendis Februariis.

DES. ERASMI ROTER. Apologia.

IAm vt paucis occuram Apologia, reclamaturis, Paulus Apostolus, referēte Luca fortunatum sese prædicat, quod apud Agrippam pro se causam dicturus esset, cui propter diutinam cum Iudæis cōsuetudinem, res omnes in quibus vertebatur quæstio, maxime cognitæ compertæque essent. Atque vtinam eodem nomine mihi quoque gratulari possim, cuiplanè diuersum quiddam vsu venit atque Paulo. Nam ne opus quidē est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totum hoc negotium de quo controuersia est, non intelligunt: nec prorsus aliam ob causam calumniantur, nisi quod non intelligunt. Siquidem apud eos qui Latinas, Græcas & Hebraicas literas vel ad mediocritatem degustarunt, qui serio in vestigādis diuinæ scripturę mysteriis, qui feliciter ac diligēter in vetustis illis, ac non minus veris quàm vetustis theologis versati sunt, nihil addubito quin magnam initurus sim gratiam, etiā si quod conatus sum, parum assequutus fuero. Proinde mire fiet, vt quibus hac opera nostra nō magnopere est opus, quiq; soli dānare quædam possent, quod ob bonarum peritiam literarum valeant iudicare, ij non solum comprobent suo suffragio nostram industriam, verūetiam gratiam haud vulgarem habeant. Contrà qui hisce de rebus nullo modo possunt ferre sententiam, & hoc magis egent huius laboris subsidio, quo longius absunt à bonis literis, ij non solū non amplectētur opus ipsorū paratū vsui, verum etiam obstrepent, calumniabuntur, damnabunt: quorum alterum extremæ cuiusdam ingratitudinis esse videtur, alterum insignis impudentiæ. Quid enim fingi potest impudentius quàm dānare librum quem ne legeris quidē: tum eiusmodi, vtsi maxime legas, tamē absque linguarum peritia pronunciare de eo nō possis? Quid autē ingratius, q̄ pro tam immēsis sudoribus vigiliisq;, quas tantum iuuandi animo susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniā, idq; potissimū ab iis, ad quos potissimū operis vtilitas sit reditura? Quū vbiq; fœda est ingratitudo, tum in nullos æq; par est gratos esse, atq; in eos qui dispendio

rei pecuniariæ, iactura voluptatum, nõnullo etiam valetudinis ac vitæ suæ detrimẽto, in hoc totis viribus incumbunt, vt ingenij sui monumẽtis orbi cõsulant. Verũ haud scio, an vsquã ingratius reperias mortalium ingenium, nec aliâs esse verius arbitror, quod nõ minus eleganter quàm grauiter dictum est à Seneca: Tutius esse, quosdã offendisse quàm demeruisse. Nihil æque perit, ait ille, atq; id quod cõfertur in ingratos. At magis perit officiũ, mea quidẽ sententia, quod in eos collocatur, qui nõ intelligunt officium: & minus gratię redit ab iis qui nõ cognoscunt meritũ, quàm qui nõ agnoscunt. Nã ij tametsi dissimulãt, tamẽ apud se sunt obnoxij, nõnunq; pudore coguntur agnoscere. Deniq; spes est fore, vt aliquãdo resipiscãt. Illi quod est beneficium, iniuriam interpretantur, & officio adiuti in ius vocant benemerentem. Theologorum in primis est, non solum gratitudinem præstare, verum etiam candorem & mansuetudinem. Et theologis potissimum hic meus desudauit labor, atque his theologis, quibus aut nõ vacauit, aut nõ contigit, eas discere literas, sine quibus diuina scriptura nõ potest ad plenum intelligi, aut officiose tractari. Horum adiuuandis studiis nostrum impendimus studium, vt quod illis sua fortuna negauit, id nostra suppeditaret industria. Et tamen si qui reclamaturi sunt, ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici, non aspernantur iurecõsulti, recipiunt philosophi, si quid ad illorum professionem instaurandã conducit. Absit vt soli Theologi pertinaciter reclamemus, & ipsi nostris inuideamus bonis. Sanè permolestum est, pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Molestius ab iis de quibus benemereri studeas, calumniam præmij loco reportare, & à quibus tuo iure poteras exigere debitã gratiam, his actoribus iniuriæ causam dicere. Seneca, summum liberalitatis genus esse putat, ac diuinæ beneficẽtiæ proximum, si quis non tantum gratuito prosit, verum etiam sciẽs perdat beneficium. At mihi videor hoc quoque superaturus, si de his quoque pergam benemereri, qui beneficium iniuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, reclamantibus etiam & conuiciantibus ægrotis, tamen pergunt subuenire: ita nos hoc quoque velut auctario beneficium nostrum cumulabimus, vt beneficium quod accipiunt, intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos, vt quibus per ætatem aut occupationes vacat, Græcas deguſtent literas, & item Hebræas, si liceat. In ipsis arcanæ scripturæ fontibus diligenter philoso-

phentur:

phentur: veteres Theologos, quos & eruditio commẽdat & vitæ ſanctimonia, diligenter euoluant. Deinde noſtra, ſi volent, conferant & expendant, atque ita demum probent, ſi quid recte monuimus: emendent amice, ſi quid vt homines aberranimus à verò, & minus aſſequuti ſumus, quod ſedulo ſumus ſequuti. Quod ſi impetro, cauſam vici, pro accuſatorib⁹ habiturus patronos. Cæterum à quibus hoc non impetro, ſaltem illud mihi vel precario donent, vt credant, me ſimplici pioque iuuandi ſtudio quicquid hoc laboris eſt ſuſcepiſſe. Quod ſi parum alicubi ſucceſſit, error eſt, non ſcelus: & corrigi mereor, inceſſi non mereor. Nihil enim magis agnoſco, quàm me nihil ſcire. Profiteantur alij quantumlibet ingentia: ego pro mea tenuitate nihil profitens, præſto tamen quod licet, paratiſſimus ad palinodiam, ſicubi more hominum lapſus ſim, ipſe quoq; mihi cenſor futurus, ſimul atque deprehendero. Cæterũ diuus Hieronymus nõ fert reprehenſorem, qui damnare poſſit, docere nõ poſſit. Quorum illud tyrannicum eſt, hoc amicum & eruditũ. Iam illud quemadmodum extra cõtrouerſiam eſt apud eruditos, ita indoctis etiam, multorum libris perſuaſum eſſe reor, hanc Noui teſtaméti editionem Hieronymi non eſſe, quemadmodum ab ipſo fuit emendatum. Tametſi nos, nec hanc qualiſcunque eſt, aut cuiuſcunq; eſt, neque conuellimus vllo modo, neque calumniamur. Tantum reſtituimus quæ temporum ac librariorũ vitio fuerant deprauata, obiter indicatis & his quæ vel ambigue vel parum attẽte reddidit interpres: nam non recte, mihi religio eſt dicere, etiãſi id non veritus eſt aliquot locis Hieronymus: idq; fecimus, neque leui, quod dici ſolet, brachio, neq; temere, ſed primũ ex canonum cõſilio, ad Græcæ originis fidẽ, examinatis exẽplaribus Latinis, neq; tamen fidẽtes paucis, aut quibuslibet. Laurẽtius Valla ſeptem bonæ fidei codices ſe ſequutũ fuiſſe teſtatur. Nos in prima recognitione, quatuor Græcis adiuti ſumus: in ſecũda, quinque: in tertia, præter alia acceſſit editio Aſulana: in quarta, præſto fuit & Hiſpanienſis. Deinde cõſultis tum peruetuſtis tum emẽdatis aliquot Latinæ linguæ voluminibus: nec hoc cõtenti, diſcuſſis & exploratis ꝓbatiſſimis autoribus, nõ oſcitanter obſeruauimus quid citarint, quid legerint, quid emendarint, quid interpretẽtur. Atque hiſce rebus omnibus qua licuit vigilantia, certe ſumma fide collatis ac penſitatis, quod optimũ iudicauimus ſequuti ſumus: & hac lege in mediũ cõtulimus, vt nihilo ſecius ſuo quiſque iudicio frueretur. Iã verò ſi qui verentur,

verentur, ne sacrarũ literarum authoritas vocetur in dubium, si quid vsquã variauerit: hi sciant oportet, iã annos plus mille neque Latinorũ neq; Græcorum exemplaria per omnia consensisse. Id quod ne fieri quidẽ possit, nimirum in tanta librariorũ non solum turba, verũ etiam insciti, oscitãtia, temeritate. Vt ne commemorem quàm multa mutata sint ab eruditulis, aut certe à parũ attentis. Comperio quędã erasa aut inducta à factionibus, quarũ tumultu quondã sursum ac deorsum miscebãtur omnia præsertim Orientis ecclesiæ, dum quisque pro suarũ partium patrocinio scripturã variat. Id certe factum nõ obscure compluribus in locis declarat Hieronymus. Leuius deprauãdi genus est, quoties lector aliunde quod congruebat adscribit: grauius, quum quod scholiastes annotarat in spatio, lector transfert in cõtextũ. Quid autem accidit religioni Christianæ, quod tot iam seculis aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambrosius, aliud Augustinus? Apud hos alicubi nõ modo diuersa cõperies, sed & pugnãtia, quũ in summa Christianæ fidei cõsentiant. Quid accidit Græcis orthodoxis, qui sic sequuti sunt translationem Septuaginta, vt subinde meminerint, Symmachi Theodotionis & Aquilæ? Quid facias, postea quàm nec ipsa horum tẽporum editio per omnia sibi consentit? Qua de re si quis dubitet, huic fidẽ fecerint codices typis etiam excusi, cum annotamentis marginalibus quæ declarant varietatẽ lectionis: & si id parũ est, ex cõmentariis Bedæ, Rabani, Thomæ, ex cõmentariis Lyrani, ex cõmentariis Hugonis Carrẽsis idem intelliget. Origenes iam tum querebatur inexplicabilem in euãgelicis libris varietatem. Et publicitus aliud legit Græcia, aliud Occidẽtis ecclesia. Et circa ætatem Hieronymi, quædam ecclesiæ sequebantur interpretationẽ Septuaginta, quædam nouã amplectebãtur ex Hebręorũ fontibus traditã. Atq; etiã post hanc ætatẽ, aliud legebant Gallicanæ ecclesiæ, aliud Romana. Deniq; si excutias vetustos codices manu descriptos, quibus in publico cultu tum vtebãtur, duos vix reperies inter se consentiẽtes. Certe constat Augustinum codicibus vsum, qui nõ vacabant mendis. Et tamen tot iam seculis constitit sua scripturis autoritas. Si codicũ varietas in totum abrogat fidem scripturis, & apud Hebręos & apud Græcos & apud Latinos variant. Quęso quid periculi consequutũ est, ꝙ sanctus Hieronymus vetus & nouum Testamentum mundo iam senescenti, ad Hebræam & Græcam veritatem instaurauit? Reclamatum

matum est tum à nõnullis, quibus ipse suis libris abunde satisfacit: nec ob aliud, opinor, reclamatũ, nisi ꝙ nescirent eas literas. At num hinc vel tantulum incommodi natum est Christianę religioni? Augustinus fatetur ipsa codicum discordia, se nõ mediocriter adiutũ fuisse, dũ quod hic parũ apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod vel fortuito fieri necesse est. Quid decessit euangeliorũ maiestati, quod ea Iuuencus heroicis versibus incluserit? Quod Arator idẽ ausus sit in Actis apostolorũ? Nos locos aliquot innouauimus, nõ tam vt elegantius redderemus, q̃ vt dilucidius ac fidelius. Quid aũt erat periculi, si paraphrasi totã orationẽ nouassemus? Id quod propemodum fecit Hieronymus in veteri testamẽto. Quibus hæc placet editio, quã ego nec damno nec muto, his sua manet editio. Siquidem ea nostra castigatione non læditur, sed redditur illustrior, purior, emendatior. Illa legatur in scholis, canatur in tẽplis, citetur in cõcionibus. Nullus obstat. Illud ausim polliceri, quisquis hanc nostrã domi legerit, suã rectius intellecturus est. Proinde si nihil offendit nisi nouitas, & illa iam vetus olim noua fuit, & hæc noua, si patiamur, olim vetus fuerit. Nimis imperiti est hominis, libros annorũ ęstimare numero, ac nõ potius ipsarum rerũ iudicio. Optarim & ipse, in sacris literis nihil esse deprauatũ, nihil dissidere. Atque id vt optare est in procliui, ita nec fuit vnquã, nec opinor futurum est vnquam. Qui prędicant inuiolabilem diuinarum scripturarũ autoritatem, his vtroq; fauemus pollice. Qui has sciens deprauat, cõtumeliam facit spiritui sancto. Fatemur. Verũ hæc maiestas in ipsis est fontibus. Non errauit Esaias, neq; quisquam mutare nititur, quod ille scripsit. Non lapsus est Matthæus, nemo corrigit quod ille tradidit. Cum interpretibus, cũ scribis, cũ deprauatoribus nobis res est. Quòd si tota labascit autoritas, ob aliquot loca corrupta, oportuit spiritũ sanctum non minus assidere bibliographis, quàm prophetis & euãgelistis. Nusquam nõ adest spiritus sanctus, sed ita vim exerit suã, vt nobis portionem laboris relinquat. Autoritas illa inuiolabilis intra prophetas & apostolos aut euãgelistas stetit. Imò hæc est summa scripturarũ laus, quod in tot linguas toties transfusæ, toties ab hæreticis vel mutilatæ vel deprauatæ, tot modis incuria scribarum contaminatæ, tamen æternæ veritatis vigorem obtinent. Sic omnibus malorum procellis sollicitata, constat ecclesia. Is verò subseruit spiritui sancto, qui quod per homines deprauatũ est, pro viribus pristinæ restituit integritati.

Nunquam

Nunquam defuturi sunt qui deprauent, proinde nunquam cessandum est à studio castigandi. Aliud est igitur sacra scriptura, aliud quod incommode verterunt interpretes, aut scribæ corruperunt. Rursus aliud est mutare publicam lectionem, aliud priuata publicã vel emendare vel illustrare. Atqui hæc mire cõfundunt quidam qui sibi videntur admodum dialectici. Neque refello quod aiunt quidam, in literis & apicibus latere mysteria, si modo illi agnoscant hyperbolem. Alioqui non oportebat scriptu ram haurire, nisi ex fontibus. Nam qui vertit in alienam linguam, à literis & apicibus longe lateque cogitur discedere. De no minibus Dei, præsertim de nomine tetragrammato mira iactant Iudæi, de nomine Iesu nonnulla Christiani, verum hæc mysteria pereunt in trãslatione. Quin illud ipsum nomen Iesu longe aliis elementis scribitur apud Hebræos, aliis apud euangelistas ac Paulum. Si tam seria res latet inpunctis & apicibus, cur apostoli qui norant Hebraice, nomen illud sacrosanctum non iisdem elementis nobis tradiderunt, quibus scribitur apud Hebræos, quum toties in scriptis suis inculcẽt? Hoc argumẽto quum vrgerẽ quẽdam, respõdit, nomen Iesu in omnibus noui testamẽti libris deprauate scribi, legique. Quod si verum esset, in tam insigni errore tot iã seculis caligasset ecclesia catholica. Imo probabilius est sic Græcos ac Latinos vulgo sonuisse nomen illud, & apostolos vsur passe receptã vocem, non sollicitos de elemẽtis & apicibus. Quin iidem euangelistę & apostoli non fuere tam superstitiosi, in citãdis scripturarum testimoniis, interdum sequentes editionem septuaginta, nonnunquam ex Hebræorum fontibus adducentes, alias suo arbitrio reddentes sententiam, nec cum his, nec cum illis per omnia congruentes. Iam quid attinet istos refellere, qui non minus indoctè quàm impudenter solent vociferari, facinus esse non ferendum, vt quisquam corrigat euangelia, castiget canticũ, Magnificat, mutet precationem dominicam? O vocem vix auriga dignam, nedum theologo. Ne mihi succenseat ordo theologicus, quod theologum nomino: illis indignetur potius, qui cum essent primi nominis theologi, hæc seditiosissime vociferabantur, & adhuc vociferantur in ordinariis professionibus, sacrisque cõcionibus. Sed ad rem. Fas est nebuloni cuiuis euangelij codices deprauare, & nefas erit quod deprauatũ est restituere? præsertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato: idque tot Græcis ac Latinis volumi

nibus,

nibus,tot clarissimis autoribus in consilium adscitis?Mihi plurimis argumentis vehementer probabile est, vniuersum testamentum nouum Græce scriptum fuisse,non Latine. Certe si quis excipiat euangeliũ iuxta Matthæum, & vnam ad Hebræos epistolam,de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptum fuit ab apostolis & euangelistis, in hunc iure clamitent, quod corrigat euangelia:non in eum qui iuxta pontificũ decreta ex Græcorum fontibus,ex sacrorum interpretum sententia syncera fide reponat, quod vel à scribis erat vitiatum, vel ab interprete parum apte redditũ in Latinis codicibus, quum Græce scripserint apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? quum diuus Hieronymus compluribus epistolis huius causæ patronum agat qui nec ipse,quum in re non ita dissimili laborasset,calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret,aut non fuisset nobis hoc laboris capiendum,aut fuisset quod sequeremur. Itaque te quæso lector optime ,quum occurret nouatum aliquid à nobis, ne protinus ad solitę lectionis gustum ac saliuã reiicias ac damnes, quasi necesse sit malum esse quicquid diuersum est,simul & me fraudãs mea laude,& te operis vtilitate: sed primũ nostra conferto cum Græcis:quod quo promptius esset,illa è regione adiecimus. Expende num fidelius,num apertius,num significãtius expresserim, quam vetus interpres. Nec hic rursum protinus in ius trahant,si minus verbum verbo respondeat: id quod vt maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, vsquam à literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec inuitatus vtilitate, sed velut in re ludicra lasciuiens & oscitans? Quod si licet alicubi à literis ac syllabis recedere,vt certe licet,si me comperies sententias maiori fide reddidisse quam ille reddiderit, ne dãna quod nouum est, sed amplectere quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit,ne continuo pronuncies. Consule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi vel autoritate testium vel rationibus adductis, satisfacient. Fit interim vt diuersa sit lectio,fit vt iisdem ex verbis complures sensus accipi possint. Nos primum vnicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Ceterum in Annotamentis varias referimus, aut indicantes quid nobis optimum videatur, aut lectoris relinquentes arbitrio, quid sequi malit. Sunt in quibus nostra vulgata magis probatur editio, aut Ambrosiana lectio,quàm Græci codices. Et tamen consentientibus

omnibus

omnibus Græcis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, Latina accommodauimus, nè non resonderent, quum in hoc ipsum adderentur. Cæterum id in scholiis discutimus. Comperio quædam apud illos addita ex more solenni, veluti coronidem illam sic additam precationi dominicæ, quemadmodum apud nos in calce psalmorum adiicitur Gloria patri. Ea non resecuimus à contextu, sed tamen in cõmentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi, quum quod frequenter cõperio factum, ex aliis locis adscribit lector, quod in simili sentẽtia deerat alibi. Attamen id quoque curauimus admonere. Proinde non ita tradimus hanc lectionem, quasi certa indubitatáque sint omnia, sed quod ex nostra emendatione, accedentibus annotamẽtis, non mediocriter adiuuandus sit lector vigilans & attentus. Inerunt permulta quę ceu minutula friuolaq; contemnenda videbuntur alicui. Verum qui conferet, qui expendet, qui tractabit & interpretabitur sacras literas, is ipse comperiet, in his minutulis non minimum esse vtilitatis. Ad hæc, facile mihi veniam dabit, huiusmodi minuta persequuto, qui cogitarit ad huiusmodi scrupos primi nominis autores impegisse, nonnunquam & pudendo errore lapsos esse, nimirum ipsum Hilarium, Augustinum, Ambrosium, & inter recentiores doctissimum Thomam Aquinatem, ne iam cæteros cõmemorem. A quibus in hoc versanti negotio, nonnunquam dissentire fuit necesse. Quod quidẽ vt semper ingenue feci, ita nusquam contumeliose, ne in istos quidem procatior, quorum impudens temeritas, & insolens insciti a parum merebatur hanc ciuilitatẽ. In quos etiam si liberius inuectus fuissem, tamen apud eruditos omneis excusaret me Plautinum illud, Quod dignis maledicitur, bene dictum est, non maledictum. Verum malui rationem habere quid me dignũ esset, quàm quid isti mererentur. Erat animus, istorũ ineptias omnino dissimulare, nisi libri talium rabularum passim manibus omnium tererentur, & oraculorum instar legerentur ac citarentur. Nec rursus id à me factum est affectate, sed obiter locis aliquot, quo posthac minus illis fidant, qui quicquid apud huiusmodi scriptores vtcunque positum aut additum repererint, id alba, quod aiunt, amussi in suos conuerterẽt commẽtarios: aut certe quibus autores isti magni sunt, intelligerent, ob harũ rerum quas indicauimus ignorãtiam, magnos etiam autores insigniter ac plus q̃ pueriliter hallucinatos esse. Alioqui si quicquid in horum voluminibus vel rideri vel improbari poterat,

terat, persequi voluissem, tum vere mihi inter manus nata fuisset, ἰλιὰς κακοῦ, vt est in Græcorum prouerbio, nec ad ea refellenda vna suffecerat ilias. Ceteros autem quos præter eruditionis commendationem ornat & vitæ sanctimonia, tantum abest vt incessam petulãtius, vt sepenumero captatis etiam prętextibus, aut eleuem errorem, aut excusem, aut tegam. Nec mihi succensere debent, si quid lapsus est Augustinus aut Thomas. Quum res ipsa clarior est, quàm vt dissimulari possit, imputent inscitiæ linguarum, aut si malint, imputent illorum seculis. E re studiosorũ erat, illa non omnino dissimulare. Non quod me putem oculatiorem summis illis viris, sed quod alicubi fortasse fuerim attẽtior, & fortasse linguarũ opibus instructior, certe q̃ Aquinas, qui latine tantum nouit, nec id admodũ exacte, quippe qui contendit luxuriã proprie pertinere ad libidinẽ. Quos omnes, vt semper veri fuere studiosissimi, magis propitios esse mihi cõfido, vel hoc nomine, quod illorum libros aliquãto reddiderim purgatiores. Quid minutius hypostigma? At tantula res hæreticũ gignit sensum, quẽadmodum docet Aurelius Augustinus libro de doctrina christiana tertio, exẽpli causa citans illud Ioannis: In principio erat verbum apud deũ, & deus erat. Et interposita diastola, sequitur: Verbum hoc erat in principio apud deum. Hanc lectionẽ hæreticam appellat, videlicet eorũ, qui negabant verbum dei, deum esse. Item illud quod est apud Paulum in epistola ad Romanos: Quis accusabit aduersus electos dei? Ab hoc loco quę sequuntur, nisi per interrogationẽ legantur, sensum non hęreticũ modo, sed & prorsus blasphemũ efficiunt. Quasi respõdeas ad superiora: Deus qui iustificat. Deinde quis est qui condemnet? Ad id rursum respondeas: Christus Iesus, qui mortuus est. Idem offensus amphibolia Paulini sermonis, quum ait: Quod stultum est dei, sapientius est hominibus: mauult ita reddi: Quod stultum est dei, sapientius est quàm homines. quod alioqui videri potuerit incertum, dandíne casu dictũ esset, hominibus, an auferendi. Atque hæc & alia his ferme consimilia multis verbis illic annotauit vir tantus, quę nihil negotij sit animaduertere, etiamsi nullus moneat. Quid si is legisset tot portẽta mendarũ à nobis prodita sublataq́; ? tot crassissimas discussas tenebras? tot sensus præpostere non solum ambigue redditos suæ restitutos integritati? an non hunc laborẽ nostrum vtrisq; manibus complexus fuisset? Quædam autem tanta breuitate sunt annotata, vt ni nostram annotatiunculam ad locum

cum ipsum conferas, non sis animaduersurus quid voluerim. Nam quod compluſculis locis occurrent eadem, id data opera factum est quo consuleremus lectori vel parum memori, vel inquirendi laborem fugitanti. Et sane nonnihil vereor, ne quemadmodum multos est offensura nouitas, ita è diuerso existant, quibus hoc ipsum displiceat, quicquam esse quod cõueniat cum veteri interprete. Aliis nihil probatur, quod sit diuersum, aliis ineruditum videtur, quod non tota ratione pugnet ac dissideat. Rursus alios offendit sermo paulo purior ac latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicãt, nisi quod prodigiosis scateat solœcismis. Alii contra fastidiunt, quicquid non refert ciceronianũ illum nitorem. Nos in hoc opere vt non affectauimus eloquentiam, ita mundiciem, si qua in promptu fuit, non respuimus. Non offenditur deus solœcismis, at idem non delectatur. Odit superbam eloquentiam, fateor: at multo magis supercilioſam & arrogantem infantiam. Nos toleramus istorum balbutiem, ferant ipsi vicissim nostram qualemcunque dicendi mediocritatem. Verum vt aliquando finiam, quemadmodũ ingenue fateor esse permulta, quæ doctius tractari potuissent: vt non inficias eo, locis aliquot me dormitasse lassum: ita res ipsa, ni fallor, indicabit, me post Laurentium Vallam, cui non hac tantum in parte debẽt bonæ literæ, post Iacobum Fabrum, virtutis omnis & literarum antistitem: nec sine causa versatum in hoc negotio, nec sine fructu. Bene valeto Lector amice: & si quid adhuc desideras, à prefatione quam Annotationibus præfixi petito.

BLENCHVS CAP.

Euangelij secundum Matthæū.

1

Genealogia Christi.

2

De Magis & pueris interfectis.

3

Primus Ioannes prędicauit regnum cœlorum.

4

De tentatione Christi.
De vocatione Petri, Andreæ, & filiorum Zebedæi.

5

De beatitudinibus.
Cum proximo non cōtēdēdū.
Non mœchandum.
Vxorem non repudiandam.
Non iurandum.
Iniuriam patienter tolerandā.
Diligendos esse inimicos.

6

De eleemosyna, oratione, ieiunio.
De contēnēda terrenorū cura.

7

Quomodo nullum condemnare liceat.
Petendum esse.
Cauēdos esse pseudoprophetas

8

De leproso. De Centurione.
De socru Petri.
De dæmoniacis curatis.
De adolescente sequi iusso.
De sedata tempestate maris.
De dęmoniis in porcos iectis.

9

De paralytico.
De Matthæo.
De Christo cum publicanis sumente cibum.
De filia archisynagogi.
De muliere sanguinis profluuio laborante.
De duobus cæcis.
De muto dæmoniaco.

10

Instruit duodecim apostolos, dans illis potestatē curandi.

11

De discipulis à Ioanne missis.

12

De discipulis sabbato vellentibus spicas.
De sanata manu arida.
De dæmoniaco cæco & muto.
De requirentibus signum.
De matre & fratribus.

13

Parabolæ seminantis, & regni cœlorum.

14

De Ioanne & Herode.
De .v. panibus & duob⁹ piscib⁹.
De ambulante Iesu super mare.

15

De transgressione præcepti dei propter constitutiones humanas.
De Cananæa.
De turbis sanatis.
De septem panibus.

16

De fermento pharisæorum.
De interrogatione apud Cęsaream.
De hortatiōe Petri, ne Iesū, &c.

17
De transformatione Christi.
De lunatico.
De exigentibus didrachma.
18
De quærentibus quis maior.
De offendiculo abiiciendo.
De centum ouibus parabola.
De correptione proximi.
De potestate ligandi soluendique.
De eo qui debebat decem milia talenta.
19
De interrogantibus, an liceret diuortium facere.
De diuite interrogante Iesum.
20
De mercede cõductis operariis
De filiis Zebedæi.
De duobus cæcis.
21
De asina & pullo.
De cæcis & claudis.
De ficu quæ exaruit.
De principibus sacerdotum interrogantibus dominum.
De duobus filiis parabola.
De vinea.
22
De vocatis ad nuptias.
De censu Cæsaris.
De Sadducæis.
De legis doctore Christum interrogante.
De quæstione domini.
23
Deploratio scribarum & pharisæorum.
24
De cõsummatione, die & hora.
25
De decem virginibus.
De his qui talenta acceperunt.
De aduentu Christi.
26
De ea quæ vnxit dominum.
De paschate.
De typo mystico.
De proditione Iudæ, Caiapha.
Negatio Petri.
27
De præside Pilato.
De pœnitentia Iudæ.
De tormentis & pœnis Iesu, & morte eius.
De petitione corporis domini, & sepulchri custodibus.
28
De Christi resurrectione.
De sepulchri custodibus, testibus resurrectionis.
Quomodo se præbuit Iesus videndum mulierib. & apostolis in Galilæa.

Finis.

CAPITA EVANGElij secundum Marcum.
De Ioanne Baptista Christum baptizante in Iordane.
De vocatione Petri, Andreæ, & filiorum Zebedæi.
De dæmoniaco.
De socru Petri.
De curatis à variis morbis.
De leproso.
2
De paralytico.

De publi-

De publicano filio Alphæi.
De Iesu cõuescẽte publicanis.
De discipulis vellentibus præ fame spicas sabbato.

3

De habente manum aridam.
De apostolorum electione, data illis varia potestate.
De matre & fratribus.

4

De semine parabola.
De increpatione aquarum.

5

De legione dæmoniorum.
De filia archisynagogi.
De muliere sanguinis profluuio laborante.

6

Quomodo Christus misit apostolos curatũ varios morbos.
De Herode & Ioanne.
De v. panibus & duobus piscibus.
De ambulatione in mari.

7

De discipulis illotis manibus prandentibus.
De trãsgressione præcepti dei.
De Syrophœnissa.
De sabbato.

8

De septem panibus.
De quærentibus signum.
De fermento pharisæorum.
De cæco.
De interrogatione in Cæsarea.
De dehortatione Petri.

9

De transformatione domini.
De lunatico.
De disputatiõe quis esset maior
De offendiculo tollendo.

10

De diuortio.
De diuite interrogante Iesum.
De filiis Zebedæi.
De Bartimæo.

11

De pullo.
De ficu quæ exaruit.
De eiectis è tẽplo nũmulariis.
De fidutia erga deum.
De obliuione iniuriarum.
De prĩcipibꝰ & senioribꝰ sacerdotum qui dominum interrogabant.

12

De vinea.
De censu dando Cæsari.
De Sadducæis.
De scriba.
De interrogatione domini.
Cauendos esse hypocritas.
De vidua paupercula.

13

De consummatione.
De die & hora.

14

De ea quæ dominum vnxit vnguento.
De paschate.
Christi captiuitas.
Negatio Petri.
De his quæ domino Iesu apud summũ sacerdotẽ irrogata sũt.

15

De his quæ sub Pilato præside passus est.

De morte.
De petitione corporis domini.
De sepultura.

16

De Christi resurrectione.
Quibus post mortem apparuit viuus.
Quomodo discipulis commisit Euangelij prædicationem.

Finis.

CAPITA EVANGELIJ SECVNDVM LVCAM.

1

De parentibus Ioannis Baptistæ, eiusq; natiuitate.
Salutatur Maria ab angelo.
Visitatur Elizabet à Maria.

2

De censu totius orbis.
De partu Mariæ.
De pastoribus.
De Symeone.
De Anna prophetissa.
Iesus inuentus est in medio doctorum.

3

Ioannes prædicat baptismum pœnitentiæ.
De his qui Ioannem interrogabant.
De Herode & Ioanne.
De baptismo Christi.
De genealogia Christi.

4

De ieiunio & tentatione Christi.
Iesus ductus in montē, subtraxit se Iudæorum conspectui.
De dæmoniaco.
De socru Petri.
De curatis à variis morbis & dæmoniis.

5

De captura piscium.
De leproso.
De paralytico.
De Leui publicano.
De Iesu prandente cum publicanis.
Cur discipuli Ioannis ieiunāt, Christi verò non.

6

Discipuli spicas vellunt sabbato præ fame.
De habente manum aridam.
De apostolorum electione.
De beatitudinibus.
Diligendos esse inimicos.
Cum proximo non contendēdum.
Quod proximum condemnare non liceat.

7

De seruo Centurionis.
De filio viduæ.
De discipulis à Ioanne missis.

8

De ea quæ vnxit dominū vnguento.
De eo qui sementem faciebat parabola.
De matre & fratribus.
De increpatione aquarum.
De legione.
De filia archisynagogi.
De muliere sanguinis profluuio laborante.

9
De duodecim apostolis, & potestate illis data.
Audiuit Herodes de Iesu.
De quinque panibus & duobus piscibus.
De interrogatione domini.
De transformatione Christi.
De lunatico.
De disputatione quis esset maior.
De eo qui prohibitus fuit ab apostolis eiicere dæmonia.
Prohibet ne petant vindictam ob id quòd non recepti sint hospitio.
10
De signatis septuaginta.
De quæstione legisperiti.
De eo qui inciderat in latrones
De Martha & sorore eius Maria Magdalena.
11
De oratione.
De habête dæmonium mutum.
De muliere quæ de turba vocẽ extulit.
De his qui petebant signum.
De pharisæo qui dominum inuitauerat.
De deploratione scribarum.
12
De fermento pharisæorum.
De eo qui volebat diuidi hæreditatem.
De eo cuius ager ferax fuit.
De terrenorum cura despicienda.
Fugiendam auaritiam.
De seruo vigili.
Cum proximo non contendendum.
13
De Galilæis, & iis qui in Siloe.
De ficu quæ fructum non protulit.
De muliere quæ habebat spiritum infirmitatis.
De grano sinapis & fermento parabola.
De eo qui quærebat, an pauci essent qui salutem consequerentur.
De iis qui dicebant Iesu de insidiis Herodis.
14
De hydropico.
Non amandos primos accubitus.
Pauperes ad prandium vocandos potius quàm amicos.
De inuitatis ad cœnam.
De ædificatiõe turris parabola.
15
De centum ouibus parabola.
De filio peregre profecto in regionem longinquam.
16
De dispensatore iniquo.
Ne apicem quidem à lege periturum.
Diuortium non esse licitum.
De diuite & Lazaro.
17
De offendiculo.
Fratri remittendum delictum.
De fidutia erga deum.
De decem leprosis.

Iesus interrogatus quando regnum dei veniat.

18

Semper orandum.
De iudice iniquo.
De pharisæo & publicano.
Puerorum est regnum dei.
De diuite qui interrogabat Iesum.
De cæco.

19

De Zachęo.
De decem seruis qui minas acceperant.
De pullo asinę.
Deflet Iesus Hierosolymam.
Eiicit Iesus vẽdẽtes & emẽtes.

20

De seniorib. quærentib⁹ Iesum qua potestate hęc faceret.
De vinea.
De his qui Christo insidiabantur occasione census.
De Sadducæis negantibus resurrectionem.
De interrogatione domini aduersus pharisæos.

21

De vidua quę minuta obtulerat
De consummatione.
Prædicit Iesus interitum Hierosolymę.
De signis.

22

De paschate.
De contendentibus quis maior.
Captiuitas Christi.
Ducitur Iesus ad principem sacerdotum.

23

Ducitur ad præsidem Pilatum.
Contemptus Herodis.
De mulieribus dominum plangentibus.
Crucifigitur Christus.
Sepultura Christi.

24

Mulieres visitant sepulchrum.
De Petro currẽte ad sepulchrũ.
De peregrinis in Emaus.
Iesus in medio discipulorum.
Ascendit Iesus in cœlum.

Finis.

CAPITA EVANGELij secundum Ioannem.

1

Testimonium Ioannis Baptistæ de Christo.
Interrogatur Ioannes num ipse sit Christus.
De Andrea, Simone Petro, Philippo, & Nathanaele vocatis.

2

De nuptiis in Cana.
De eiectis è templo.
De eo quod dixit: Destruite tẽplum hoc.

3

De Nicodemo & Iesu.
Iesus & Ioannes baptizant.
Quęstio de purificatione.

4

De muliere Samaritana.
De filio reguli.

5

De eo qui trigintaocto annos tenebatur morbo.
Iudęi quęrũt interficere Christum.

6

De quinque panibus & duobus piscibus.
Secessit Iesus à turbis, ne deligeretur in regem.
De ambulatione in mari. cuSequitur turba Iesum nauilis.
De turba quærente signum.
De pane cœlesti.
Discipulorum multi desciuerũt à Christo.
Sententia Petri de Christo.

7

Iesus clã ascendit ad diẽ festũ.
Mirantur Iudæi Christum scire literas quas non didicerat.
Dissensio turbę de Iesu.
Contẽdunt principes cum ministris & Nicodemo.

8

De muliere adultera.
De interrogãtibus Iesum quem se esse diceret.
Interrogãt Iesum de patre eius.
Promittitur à Iesu libertas sesequentibus.
De his qui dicebant Iesum habere dęmonium.
Tentant Iudęi in Christum iacere lapides, eo quòd se præfert Abrahæ.

9

De cæco à natiuitate, & inter hunc & pharisæos disceptatio.

10

De pastore bono & mercenario.
Iesus interrogatur in porticu deambulans.

11

De Lazaro resuscitato.
Consilium pontificum & pharisæorum de Iesu apprehendendo.

12

Maria vngit pedes Iesu.
De asella.
De Græcis interrogãtibus Philippum.
Auditur à turba vox è cœlo.

13

Lauat Iesus pedes discipulorũ.
Exit Iudas proditurus Christũ.
Inculcat Iesus vt inuicẽ se diligant.
Quærit Petrus Christum quò vadat.

14

Thomas quæritur se nescire quò vadat Iesus.
Iudas Thaddęus interrogat Iesum
Promittit discipulis consolatorem Christus.

15

De vite vera, agricola & palmitibus.
Præcipit deus mutuã dilectionem.

16

Prædicit Christ⁹ discipulis quę

ventura sunt ipsis.
Paracletus arguet mundum.
De eo quod dixit: Pusillum & videbitis me.
Patrem daturum esse quicquid petitũ fuerit per nomẽ Iesu.
17
Oratio Iesu ad patrem pro illis quos sibi delegit.
18
Proditur Iesus.
Sternũtur in terram Iudæi verbo Christi.
Amputat auriculam Petrus.
Ducitur Iesus ad Annam, ad Caiapham, inde ad Pilatũ.
19
Dãnatur morte crucis dominꝰ.
De stantibus iuxta crucem.
Sepelitur corpus domini.
20
Resurrectio domini.
Mariæ Magdalenæ primũ, deinde apostolis congregatis post resurrectionem præbet se videndũ Christus.
21
Petro & aliis piscantibus apparet Iesus ad mare Tiberiadis.
Dicitur Petro: Pasce oues meas

EINIS.

Βίος τῦ ἁγίου ἐυαγγελιστῦ Ματθαίυ
κατὰ σωφρόνιον

Ματθαῖος ὁ καὶ Λδυὶς, ἀπόστολος, ἀπὸ τελωνῶν, ἐν τῇ ἰουδαίᾳ πρῶτος δι' ἃ τὸν ἐκ πβρίπομῆς πισδύσαντας ἐυαγγέλιον τ χρισῦ γράμμασιν, ἡβραϊκοῖς σωνέταξεν, ἀγνοσμένυ τὸ μετὰ ταῦτα ἡς ἑλλωικὸν τ μεταφράσαντος. Τὸ δὲ ἑβραϊκὸν ἄχρι τήμερόν ὅσιν ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ καισαρείας τ παρὰ παμφίλυ μάρτυρος πβριαπουδάσως κατασκυαθήσης. Ἐμοὶ ϑ παρὰ τ ναζωραίων τὸν ἐν βεροίᾳ τ συρίας τούτῳ κεχρημένῳ, ἀδεια παρεχέθη τ τούτυ μεταγραφῆς, δι' οὗ ὅσιν ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὡς ἔνθα ἂν ὁ ἐυαγγελιστὴς εἴτε ἐκ προσώπυ οἰκείυ, ἄτε ἐκ προσώπυ τῦ κυρίυ ἡμῶν ἰησῦ χρισῦ καὶ σωτῆρος ταῖς μαρτυρίαις κατακέχρηϑ τ παλαιῶν γραφῶν, μὴ ἀκολυθεῖν τῇ ἀυθεντία τῆν ἑβδομήκοντα ἑρμηνυσάντων τὴν, ἀλλὰ τῇ ἑβραϊκῇ, ἀφ' ὧν τὰ δύο ὅσιν ἐκεῖνα. Ἐζ αἰγύπ͞τυ ἐκάλεσα τὸν ὑόν μυ. καὶ, ὅτι ναζωραῖος κληθήσεται.

Quo minore negotio disquisitionis, quid quisque Euangelista cum alio cõmune habeat, inspecto loco protinus cõstet, tabula illa Eusebiana omissa, in marginibus ea quæ cõueniãt, adscribũtur. Verũ ne quid sit quod moretur, aut interfistere cogat, M. Matthæum, R. Marcum, L. Lucam, I. Ioannem significabit.

EVANGELION SECVNDVM MATTHAEVM.

Κεφάλαιον ά.

CAPVT I.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Ἀβραὰμ ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ. Ἰσαὰκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰούδαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ. Ἰούδας δὲ ἐγέννησε τὸν Φαρὲς καὶ τὸν Ζαρὰ, ἐκ τῆς Θαμάρ. Φαρὲς δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐσρώμ. Ἐσρὼμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀράμ. Ἀρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀμιναδάβ. Ἀμιναδὰβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ναασσών. Ναασσὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Σαλμών. Σαλμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Βοόζ, ἐκ τῆς Ῥαχάβ. Βοὸζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὼβήδ, ἐκ τῆς Ῥούθ. Ὼβὴδ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεσσαί. Ἰεσσαὶ δὲ ἐγέννησε τὸν Δαβὶδ τὸν βασιλέα. Δαβὶδ δὲ ὁ βασιλεὺς ἐγέννησε τὸν Σολομῶνα, ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου. Σολομὼν δὲ ἐγέννησε τὸν Ῥοβοάμ. Ῥοβοὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀβιά. Ἀβιὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀσά. Ἀσὰ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσαφάτ. Ἰωσαφὰτ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωράμ. Ἰωρὰμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ὀζίαν. Ὀζίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωάθαμ. Ἰωάθαμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἄχαζ. Ἄχαζ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἐζεκίαν. Ἐζεκίας δὲ ἐγέννησε τὸν Μανασσῆ. Μανασσῆς

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahã. Abrahã genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom aũt genuit Aram. Aram autẽ genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmõ. Salmon autem genuit Booz è Rachab. Booz autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Solomonem, ex ea quæ fuerat vxor Vriæ. Solomon autẽ genuit Roboã. Roboam autem genuit Abia. Abia aũtem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autẽ genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manas- Lucæ.3

se. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in exi-
4.Re.25 lio Babylonico. Porrò post exilium Babylonicum, Iechonias
1.Esdr.2 genuit Salathiel. Salathiel aũt genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthã autẽ genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph, maritum Mariæ, ex qua genitus fuit Iesus ille qui dicitur Christus. Vniuersæ itaq; generationes ab Abrahã vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsq; ad demigrationẽ Babylonicã, generationes quatuordecim: & à demigratiõe Babylonica vsq; ad Christũ, generatiões quatuordecim. Iesu verò Christi na-
Lucæ.1 tiuitas sic habet. Cũ enim mater eius Maria desponsa esset Ioseph, priusquã cõgressi fuisset deprehẽsa est grauida è spũ sancto. Porrò Ioseph maritus eius, quoniã erat iustus, & nolebat illã infamare, voluit clanculum ab ea diuertere. Hæc autẽ cũ is in animo versaret, ecce angelus domini in somnis visus est illi dicẽs: Ioseph fili Dauid, ne metuas

ναοσῆς δὲ ἐγέννησε τὸν ἀμὼν· ἀμὼν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσίαν. ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν ἰεχονίαν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἐπὶ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος. μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν βαβυλῶνος, ἰεχονίας ἐγέννησε τὸν σαλαθιήλ. σαλαθιὴλ δὲ ἐγέννησε τὸν ζοροβάβελ. ζοροβάβελ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀβιούδ. ἀβιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιακίμ. ἐλιακὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀζώρ. ἀζὼρ δὲ ἐγέννησε τὸν σαδώκ. σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν ἀχείμ. ἀχεὶμ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλιούδ. ἐλιοὺδ δὲ ἐγέννησε τὸν ἐλεάζαρ. ἐλεάζαρ δὲ ἐγέννησε τὸν ματθάν. ματθὰν δὲ ἐγέννησε τὸν ἰακώβ. ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν ἰωσὴφ, τὸν ἄνδρα μαρίας, ἐξ ἧς ἐγεννήθη ἰησοῦς ὁ λεγόμενος χριστός. πᾶσαι οὖν αἱ γενεαὶ ἀπὸ ἀβραὰμ ἕως δαβὶδ, γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ δαβὶδ ἕως τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος, γενεαὶ δεκατέσσαρες, καὶ ἀπὸ τῆς μετοικεσίας βαβυλῶνος ἕως τοῦ χριστοῦ, γενεαὶ δεκατέσσαρες. τοῦ δὲ ἰησοῦ χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ μαρίας τῷ ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου. ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν, καὶ μὴ θέλων αὐτὴν παραδειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ, λέγων· ἰωσὴφ υἱὸς δαβὶδ, μὴ φο-

βηθῇς

sente Agrippa causam dixisset Paulus, quoniam appellarat Cæsarem, vinctus Romam missus est, anno Neronis tertio aut secundo. Porrò Iudæorum Principes hi fuere: Herodes rex, Philippus, & Lysanias: præfuerunt annis sex. Herodes rex, qui Cæsareæ percussus ab angelo periit, præfuit annos septem. Agrippa huius filius, ex cuius consilio Paulus Romam missus est, annos duodecim, quod ad Actorum historiam pertinet. Quanquam pater quoque cognomento dictus est Agrippa, sed filius simpliciter Agrippa vocatur in Actis. Dominus itaque Iesus occisus est, reuixit & ascendit in cœlum, misitque spiritum sanctum anno Tiberij decimo octauo. Ac proximo anno, aut (vt quidam volunt) eodem, mox vt inter diaconos ordinatus est, lapidatus est Stephanus, Paulo assentiente, ac seruante vestes lapidantium testium. Qui paulopost deiicitur & conuertitur apud Damascum, anno Tiberij decimonono. Peragrauit autē varias regiones vbique disseminans euangelium, vsque ad annum Claudij decimum tertium. Nam hoc anno Paulus Hierosolymis coniectus est in vincula per Lysiam tribunum, à quo Cæsaream vinctus est missus, vt apud Felicem audiretur, vbi detentus est in vinculis annos duos: atque à Felice vt erat vinctus, traditus est Portio Festo, à quo Romam missus est: vbi totum biennium egit in vinculis, hoc est vsque ad annum Neronis quintum. Nec vltra Lucas prosequitur historiā. Cætera scriptores non indiligentes ex variis cōiecturis videntur addidisse, videlicet Paulum primum apud Neronem dicta causa fuisse absolutum, ac libere vbi vellet euangelium prædicasse annos decem. Tandem vbi Neronis sęuitia iam processisset in rabiē reuocatus est ad eius tribunal, & capite truncatus. Huius rei coniecturam sumunt ex epistola Pauli ad Timotheum secunda. In qua meminit primæ defensionis suæ, in qua desertus sit ab omnibus, & tamen dei præsidio liberatus. Atque hinc rediisse ad prędicationem colligunt ex eo, quod mox subiicit: Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me, vt per me prędicatio impleatur, & audiant omnes gentes, Porrò eum in secunda defensione fuisse periclitatum, arguit quod inibi scribit: Ego enim iam delibor, & tempus meę resolutionis instat, & cętera. Itaq; martyrio coronatū credunt anno Neronis decimo tertio, anno à Christi morte tricesimo sexto, aut iuxta chronicorū elenchon tricesimo octauo. Porrò quod Lucas reliquerit Paulū in prima defensione, hinc colligunt, quod hic finierit eorum quæ

viderat narrationē. Rursus quod adfuerit in secūda defensione, testatur Paulus in eadem epistola, dicens: Lucas est mecum solus. Ex his colligere licet, Paulum in Euangelico negotio versatum fuisse annos viginti vnum, præter duos illos, quos Cæsareæ tenebatur in vinculis: rursum alios duos, quos Romæ peregit in vinculis habitans in conducto, quibus vt historiæ memorant, accesserunt decem. Ita comperies à baptismo Pauli vsque ad mortem eiusdē annos triginta quinque, aut, vt quidam supputant triginta septem. Hæc quoniam videbantur nonnihil lucis allatura lectioni, libuit huic operi adiungere. Quanquam non ignoro vix annorū rationem ad vnguem tradi posse, quum in his non solum diuersi scriptores inter se dissentiant, verumetiam iidem à seipsis discrepēt: vt Beda in commentariis capite decimo octauo scribit ex authoritate Iosephi, Iudæos Roma expulsos anno Claudij nono. In annotatione temporum, quam prępositi operi, dicit id factum anno octauo. Sic & apud Eusebium nonnunquā alium annum reperies in historia, alium in chronicis, vbi in ambiguo relinquitur, vtrum Tiberius imperauerit annos viginti vnum, an viginti tres, Bene vale Lector.

PARISIIS.

EXCVDEBAT CAROLA GVILLARD
ANNO SALVTIS M. D. XLIII.

ΑΠΑΣΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΤΟΥ ΠΑΥ-

λου ἀποστόλου.

OMNES EPISTOLAE PAVLI.

ῥωμαίους.		Romanos.
κορινθίους.	ϛ	Corinthios. II
γαλάτας.		Galatas.
ἐφεσίους.		Ephesios.
φιλιππησίους.		Philippenses.
πρὸς κολοσσαεῖς.	Ad	Colossenses.
θεσσαλονικεῖς.	ϛ	Thessalonicēses. II
τιμόθεον.	ϛ	Timotheum. II
τίτον.		Titum.
φιλήμονα.		Philemonem.
ἑβραίους.		Hebræos.

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΑΘΟΛΙΚΑΙ

EPISTOLAE CATHOLICAE.

ἰακώβου.		Iacobi.
πέτρου.	ϛ	Petri. II
ἰωαννου τ̃ εὐαγγελιστ̃.	γ	Ioannis. III
ἰουδα τ̃ ἀποστόλου.		Iudæ apostoli.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΕΥΑΓ-

γελιστοῦ καὶ θεολόγου.

APOCALYPSIS IOANNIS EVANGE-
listæ & theologi.

PARISIIS,

Ex officina Carolæ Guillard sub sole aureo, via ad Diuum Iacobum.

1543

IN EPISTOLAM PAVLI AD RO-

manos Argumentum, per D. Erasmum Roterodamum.

IAm quo res sit dilucidior, argumentum epistolæ paucis explicandum. Atque ut exordiar ab ipso nomine, quanquàm me non fugit Hieronymum in commentariis, quos scripsit in epistolam ad Philemonem, in hac esse sententia, ut existimet Apostolum prius uocatum Saulum, Pauli uero cognomen ceu trophæum usurpasse à Sergio Paulo proconsule, quem Christo lucrifecit, quemadmodum legimus in Actis apostolorum capite decimo tertio. Rursus alios esse, quibus placeat in Iudaismo dictum Saulum, mutata religione simul & nomen mutasse. Sed alteram opinionem minus probabilem facit, quod Lucas hoc ipso, quod modo citauimus, capite scribit: Saulus qui & Paulus, repletus spiritu sancto, haud obscure declarans eum binominem fuisse, priusquam Sergius Paulus esset conuersus. Alteram plane refellit, quod cum aliis aliquot locis, tum in eodem capite Saulus dicitur iam Christi prædicans euangelium, Dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam. Proinde mihi uero proprior uidetur Origenis opinio, quemadmodum in ueteris instrumenti libris aliquot comperimus diuersis nominibus notatos, uelut Idida dictum, qui alias uocatus est Solomon: & Oziam alicubi dictum, qui alibi sit Azarias. Item in euangelicis literis, Lucæ dictum Leui, qui se in suo euangelio Matthæum nominat: ita Paulo geminum fuisse uocabulum, quam quam ipse in suis epistolis se nunquam Saulum appellat, sed ubique Paulum, fortassis ob id quod Pauli uocabulum Græcorum ac Romanorum ad quos scribebat, auribus esset familiarius. Saulus enim sic à Saul Hebræa uoce deflexum apparet, ut Græci à Ioseph Iosephum deflexerunt. Paulus autem Hebræis sonat mirabilem, si tamen ferendam putamus Romanæ seu Græcanicæ uocis etymologiam è peregrina lingua peti. Quod tamen Hieronymus cum alicubi in aliis reprehendat hic sibi permittit: opinor, ut in re non admodum seria. Certe Græcis sonat quietum, Latinis pusillum. Saul Hebræis sonat postulatum: & si Ambrosio credimus, inquietudinem siue tentationem. Atque hæc quidem de ratione nominis, ut in argumento pene plus satis. Cæterum dictauit hanc epistolam, excipiente Tertio, quod is quoque in calce epistolæ testatur, adiiciens: Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in domino. Missam apparet è Corintho, per Phœben fœminam Cenchreensem. Est autem Cenchreæ portus Corinthiorũ, haud

Act. 9

Act. 13

Act. 22. 26

Binominis in sacris literis.

Etimologiã nõ recte peti ex aliena lingua.

Scriba.

Locus.

haud procul ab urbe dissitus. Quod si tempus quoque requiratur, scriptam apparet post utranq; ad Corinthios epistolam (unde putant in hac absolutæ iam & confirmatæ pietatis argumenta potissimum elucere) id temporis cum peragrata iam Achaia, in qua Corinthus est, & huic finitima. Macedonia, usque ad Illyricum, ac non solum prædicato ubique Christi euangelio: in his duntaxat locis, in quibus aliorum Apostolorum nemo prædicauerat, uerumetiã iuxta Petri monita, collecta à suis aliquanta pecunia, in subsidium pauperum, adornaret iter Hierosolymam, ut exhibito quod acceperat, illinc proficisceretur in Hispaniam, Roma iter facturus, atque illic obiter salutaturus Christianos, de quorum fide ac religione audierat, cum ipsos nondum uidisset. Acciderat enim illis diuersum quiddam atque Galatis. Siquidem hi primum recte à Paulo instituti, postea fraude pseudoapostolorũ circunuenti sunt, & retracti in Iudaismum. Contra Romani primum male instituti à pseudoapostolis, simulatque pro sua prudentia senserant fraudem, resipuerunt, & in eo quod rectum esse cognouerunt perseuerabant. Nam in ecclesiæ nascentis primordiis erant, qui existimarent euangelii gratiam, quoniam Abrahæ posteris, & Iudaicæ genti peculiariter promissa uidebatur, non esse propagandam in prophanas gentes, & simulachrorum ac dæmonum cultui deditas. In qua sententia & Petrum apparet fuisse, qui uiso monendus erat, ut Cornelium centurionem admitteret: quo nomine mox illi exhibitum est negotium Hierosolymis, expostulantibus his qui ex Iudaismo conuersi fuerant ad Christum, quod cum incircunciſis habuisset commercium, atque in his probabile est & apostolos aliquot fuisse. Sic enim legimus in Actis capite undecimo. Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt uerbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circunciſione, dicentes: Quare introisti ad uiros præputium habentes, & manducasti cum illis? Erant rursus qui licet non existimarent gentes prorsus arcendas ab euangelii consortio, non admittendos tamen ducebant, nisi circunciderentur ritu Iudaico: perinde quasi Christus egeret adminiculo legis Mosaicæ, simul ut euangelii gloriam in suam gentem transferrent. Et in Actis apostolorum cap. 11. proditum est, eos qui ob persequutionẽ, quæ accidit à morte Stephani, profugerãt in Phœnicen, in Cyprum & in Antiochiam, nemini prædicasse Christum, nisi solis Iudæis, Rursus capite decimo quinto, quidam Iudæi ueniunt Antiochiam, palam aduersus Paulum & Barnabam prædicantes, non esse spem salutis, nisi iuxta Mosi præscriptum circunciderentur: tantusque tumultus per hos concitatus est, ut coacto concilio decretum sit, ut

Tempus

Galat. 2

Argumẽ tũ epistolæ.

Act. 11

Opinio apostolorum in initio.

Act. 10

Act. 11

Act. 15

Paulus & Barnabas una cum aduersarijs Hierosolymam irent, & lis apostolorum ac seniorum arbitrio componeretur. Atque illic rursum acriter obnitentibus nonnullis, præsertim factionis pharisaicæ Christianis, cuius fuerat & Paulus, coacta est synodus apostolorum & seniorum: ac Petri Iacobique autoritate decretum est, ne gentes onerarentur lege Mosaica, tantum temperarent ab esu suffocati animantis, à sanguine, à carnibus simulacro immolatis, & à stupris: quod tamen pro ratione temporum inuincibili Iudæorum superstitioni datum esse, uel illud argumento est, quod tria illa iam olim uidemus esse sublata, ac prorsus abolita. Ex eodem fonte nata est illa Pauli cum Petro concertatio Antiochiæ, cum gentium Apostolus cernens suos ob Petri simulationem periclitari, palam illum redarguit, quemadmodum refert ipse in epistola ad Galatas capite secundo. Rursum Hierosolymis autore Iacobo, quo purgaret iam inter Iudæos sparsum rumorem, quod retrahere uidetur à lege Mosaica, cum cæteris caluitium induxit capiti: & iuxta ritum Iudaicum purgatus, munus obtulit in templo, sicuti refert Lucas Actorum capite uigesimo primo. Quo quidem ex loco uidetur Iacobus tametsi gentes prius onere legis Mosaicæ propemodum liberasset, esse tamen in hac sententia, ut putaret à Iudæis exigendam esse legis obseruationem: uel in hoc ut placarentur hi, qui nondum sic profecerant in euangelica ueritate, ut possent omnino patrios ritus contemnere. Sic enim loquitur, ut est coniectandum multitudinis congregatæ nomine Iacobus: Et scient omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt: sed ambulas & ipse custodiens legem. Nec alia de causa, opinor totondit caput ex uoto Cenchreis capite decimo octauo. Consimili necessitate circuncidit Timotheum cap. 16 cum esset matre quidem Iudæa natus, sed patre ethnico. Tantæ molis erat ex Iudæo facere Christianum. Est enim ei genti peculiaris quædam pertinacia, nec ulla fuit unquam suæ religionis tenacior, ut eleganter docet Iosephus in Apologia Iudaicarum antiquitatum. Ad hæc ut Iudæorum natio tum omnibus orbis nationibus erat peculiariter inuisa, ita uicissim omnes execrabantur illi, ceu impuros prophanos & impios, adeò ut nec congressu dignarentur, & templum suum pollui crederent, si quis forte incircuncisus esset ingressus, Tantum erat præcisæ pelliculæ supercilium. Cum igitur spes non esset, fore, ut Græci Romanique legem inuisam reciperent, & incredibili pertinacia reclamarent Iudæi, Paulus intelligens periculum esse, ne tam exitiabili dissidio magna ex parte periret euangelii fructus & Christi gloria Mosaici nominis obscuraretur admixtu, hoc in primis agit ubique, ut legis ceremonias abroget atque antiquet, omnémque salutis adipiscendæ fiduciam in unum Christum

Iudaicæ gentis pertinacia.

stum transferat. Sicut autem Galatas acriter, sed tamen amanter obiurgat, quòd essent in Iudaismum adducti: ita Romanos præmunit & instruit, ne à pseudoapostolis, quos sciebat nusquam cessare, illaqueentur incauti: sed in recta doctrina quàm amplecti cœpissent, persisterent. Erat enim Romæ ingens Iudæorum numerus, siue illuc à Pompeio translatus, siue quòd iam Romanorum esset prouincia Iudæa, quorum superstitio crebro & apud Iuuenalem atque Horatium, & apud Senecam notatur. Cũ quibus & Paulo multum negotii fuisse postea quàm Romam peruenisset, testatur extremũ caput Actorum apostolicorum ac miro consilio singularis artifex in hac epistola sermonem temperat inter Iudæos & Gentes, dum studet omneis omnibus modis ad Christum pellicere: neque uult, si fieri possit, quenquam omnino mortalium perire suo duci cui militabat: itaque nunc hos obiurgat, nunc illos, nunc rursus erigit ac subleuat. Gentium supercilium deprimit, ostendens nihil illis profuisse, neque naturæ legem, neque philosophiam, cuius professione tumebant, quo minus in omne scelerum dedecus prolaberentur. Rursum Iudæorum arrogantiam coërcet, qui legis fiducia perdidissent id quod erat totius legis caput, fidem in Christum Iesum, docens legis ceremonias antiquatas esse, iam coruscante Christi euangelio, quem legis umbræ deliniarant, abrogata iam ocia sabbatorum, circuncisionis iniuriam. Calendarum recursus, ter quotannis redeuntes ferias, delectum ciborum, in singulos dies iterum sordidanda lauacra, pecudum innoxiarum lanienam, templi religionem assiduis inquinati cædibus. Has rerum umbras emicante luce ueritatis euanescere: Veros esse filios Abrahæ, qui fidem Abrahæ referrent: uere Iudæos esse qui Christum profiterentur: uere circuncisos, qui mentem haberent à fœdis cupiditatibus repurgatam. Verã iustitiam, ac perfectam salutem citra legis auxilia, per euangelium ac solam fidem in Christo conferri ex æquo omnibus licet ea salus peculiariter olim esset promissa Iudæis: sed ita his promissa, ut prophetæ non tacuerint fore ut illis reiicientibus, ad gentes prædicatio Christi propagaretur. Per legem Mosaicam ueram iustitiam nulli contingere, sed per fidem: idque docet tum exemplo Abrahæ, tum uariis ipsius legis testimoniis, et ad eum modum detracto utrisque supercilio, adempta utrisque fiducia sui, omnes æquat in negotio fidei euangelicæ, ita gratulans saluti gentium, ut suæ gentis cæcitatem paterno deploret affectu, licet illam ubique pertinacissime infensam experiretur: atque id per se durum, ita mitigat, ut dicat nec omnes excæcatos, & fore ut aliquando resipiscat Iudæorum natio fide gentium prouocata. Atque hic obiter uaria multiplexque doctrina de præfinitis siue prædestinatis, de præscitis, de

Summa doctrinæ Paulinæ. Rom. 3

Ceremoniæ.

uocatis, de gratia & merito, de libero arbitrio, de diuino consilio nobis inscrutabili, de lege naturæ, de lege Mosi, de lege peccati. Varii item allegoriarum fontes, dum duos facit Adam: alterũ, quo nascimur iuxta carnem mortales: alterum, quo renascimur immortales futuri. Duos homines, internum & externum: internum spiritui & rationi parentem: externum cupiditatibus & affectibus obnoxium: quorum priorem aliquando spiritum appellat: posteriorem interim corpus, siue membra, interim carnem, aliquoties legem peccati uocat. Duplicem mortem, corporis & animi, & tertiam qua morimur peccato, & peccandi affectibus. Triplicem item uitam, qua uiuimus corpore, qua animo, & qua uiuimus iustitiæ ac peccato. Duplicem seruitutem, aut libertatem, qua uicissim uel innocentiæ seruimus, emancipati à peccatis, uel peccatis seruimus liberi à iustitia. Duplicem Iudaismum, duplicem circumcisionem, geminos posteros Abrahæ: duas partes legis Mosaicæ, carnalem, ueluti corpus: spiritualem, uelut animam legis. Duplicem baptismum quo primum abluimur à peccatis pristinis sacro lauacro, & quo Christo commorimur abdicatis mundi affectibus. Duplicem sepulturam, corporalem, qua triduo sepultus est Christus: & spiritualem, qua nos semoti à mundi uitiis, requiescimus in illo. Duplicem resurrectionem, alteram quæ præcessit in Christo, in nobis sequuntur: alteram qua nos à peccatis pristinis rediuiui progredimur à uirtute ad uirtutem, hac parte quo ad licet futuram immortalitatem meditantes, Duplicem iustitiam, dei & hominum Duplex iudicium dei & hominum. Duplicem gloriam siue laudem apud deum & apud homines. His dissertis, transit ad locum moralem, in primis adhortans ad mutuam cõcordiam exemplo membrorum corporis. Et quoniam pax constare non potest ubi factus est aut liuor, obsecrat ut obsequiis mutuis mutuum amorem alant foueantque Romanos, ut Iudæorum infirmitatem ex diutina legis assuetudine relictam, ferant: contra Iudæos, ne gẽtibus in euãgelii consortiũ ascitis inuideant, sed illorũ fidẽ ac libertatẽ potius æmulentur: & cum idẽ sit omniũ deus, idem Christus, eadẽ gratia idẽ præmiũ, omnes in unũ corpus coalescant: neq; quisquã sibi arroget quicquã, sed si qua dote præcellat aliquis, eam ad fratris opẽ accommodet. Atq; hunc locum uarie tractat, docens quales se præstare debeant erga Iudæos incredulos, quales erga Christianos superstitiosiores siue ut ipse uocat, infirmos: quales erga superiores, quales erga inferiores, quales erga pares, quales erga prĩcipes ac magistratus ethnicos. sed suo utcunque fungentes officio: quales in prosperis, quales in aduersis. Deinde rursum laudẽ Romanorum mitigat admonitionis acerbitatem, & suam apud illos autoritatem commendat, commemorans quanto plus cæteris

Fontes allegoriarũ

Moralis locus.

cæteris promouerit in euangelio Christi. Declarat quanta teneatur illos uidendi cupiditate, & spem facit sui aduentus, cur eum differre cogatur aperit, laudans spontaneam Macedonum & Corinthiorum in pauperes sanctos liberalitatem, tacite ac uerecunde Romanos ad æmulandum prouocans. Caput extremum pene totum occupat salutationibus, non frigide congestis multorum nominibus, sed mire suo cuique addito elogio. Postremo quoniam penitus nouerat & pseudoapostolorum improbam uersutiam, & Romanorum simplicitatem ac facilitatem, admonet, etiam atque etiam cauent, ne illorum blandiloquentia fallantur. Quanquam autem horum pleraque peculiarius ad eam pertinent ætatem, in qua rudis adhuc paulatim suppullulabat ecclesia Iudæis & gentibus admixta, ac principibus ethnicis obnoxia: tamen nihil est, unde non ad hæc quoque tempora salutaris aliquid doctrinæ possit accommodari: ueluti de fugiēda superstitione, quæ dissidiorum est seminarium, & sic habet speciem pietatis, ut nihil sit uerę pietati aduersius: de stulta fiducia philosophiæ mundanæ, de fiducia nostrorum operum, de negligendis his quæ ad ceremonias pertinent, quo magis ad ea quæ uerę sunt pietatis proficiamus: de merito fidei, de uitando fastu, de toleranda alicubi minus eruditorum aut superstitiosiorum imbecillitate, de mutuis obsequiis alenda concordia, de ferendis aliquousque malis principibus & impiis episcopis, ne turbetur ordo status publici: de malefactis beneficentia superandis, de non iudicando quod ad te non pertineat, de commode interpretando quicquid recto animo fieri potest, de cauenda insidiosa blandiloquentia, aliisq; id genus rebus, in quibus hodieq; cōmunis hominum uita uersatur. Sed utilitatem huius epistolæ æquat, ac pene superat difficultas: idq; mihi tribus potissimum de causis accidere uidetur, siue quod non alibi sermonis ordo confusior, nusquā oratio hyperbatis magis hiulea, nusquam anantapodotis crebrius inabsoluta, quod subinde queritur interpres Origenes in huiusmodi difficultatibus passim luctans ac laborans. Quod utrum interpreti aut scribæ Tertio sit tribuendum, an ipsi Paulo, aliorum esto iudicium. Ipse sane agnoscit sermonis imperitiam, licet rerum inscitiam deprecetur. Rursus adeo non affectauit orationem arte humana cōpositam, ut eam sibi fugiendam etiam duxerit, ne quid hinc decederet gloriæ crucis: atque ob id Origenes existimat superuacaneum esse sermonis compositionem in eo requirere. Hieronymus alias illi uindicat orationis artificium, alias admit, ingenue confitens, è corrupto Cilicum sermone nonnihil traxisse uitii. Augustinus etiam rhetorum ornamenta floscul ósque ex huius depromit epistolis. Quin & in Actis dux uerbi est, & in epistola ad Corinthios priore, supra cæteros omnes linguis loquitur.

Salutationes Pauli.

Difficultas epistolæ ad Romanos unde. Pauli sermo incō positus.

quitur. Quãuis enim, ut testatur Hieronymus, id tẽporis totus Oriẽs Græce loqueretur, tamẽ ut consentaneũ est apud Celtas non eandẽ fuisse Romani sermonis castimoniã, quæ fuit Romæ: ita uerisimile est, non parum interfuisse inter Cilicem Græce loquentẽ, & Atticũ. Ad hæc orationis incõmoda accessit Hebraismus, cuius idiomata passim refert ita Græce loquens, ut nihilo secius interim Hebræum agnoscas. Alterã difficultatis causam arbitror, quod ob rerũ inexplicabiliũ obscuritatem, non alia sit crebrioribus impedita salebris, aut altioribus interrupta uoraginibus, adeò ut ipse relicto quod instituerat, exclamare cogatur: O altitudo diuitiarũ. Quid quod quædã mysteria prudens sic attingit, ut ceu per transennam duntaxat ostendat, pro temporũ illorum ratione, proq; captu eorũ quibus scribit orationẽ attemperans. Nouerat & uiderat ille quædã, quæ nefas esset homini loqui, & nouit quatenus esset opus lacte, quatenus cibo solido. Sciebat ætatũ in Christo gradus, & quid cui foret adhibendũ. Hoc cõsilio Petrus Apostolus apud rudem concionẽ uerba facturus de Christo, uirũ eum nominat, deum tacet. Tertiam, opinor, crebram ac subitã personarum mutationẽ, dum nunc Iudæos, nunc gẽtes, nunc utrinq;: modo credẽtes, modo incredulos respicit: alias infirmi, alias firmi: interim pii, interim impii, personã sustinet. Quibus fit ut lector uelut in labyrinthis ac meãdris quibusdã inextricabilibus oberrans, nec unde sit ingressus, satis uideat, nec qua sit exitus. Vt mihi nõ minus uere quã eleganter Origenes Paulum adsimilem faciat ei, qui hospitem in opulẽtissimi cuiuspiã principis palatium inducat, diuersis uiarũ ambagibus, & conclauiũ secessibus perplexum. quædã autem procul ostendat, ex ditissimo opum thesauro, quædam propius admoueat, quædã uideri nolit: sæpe interim per aliud ingressus ostiũ aliũde exeat, ut hospes ipse miretur unde uenerit, ubi sit, aut qua sit exeundũ. Agnouit hoc & Petrus Apostolus in epistola secũda testans, esse in Paulinis epistolis quædam intellectu difficilia, quæ parũ eruditi, parumq; firmi deprauarent ad suam perniciem. Nos difficultates has pro uirili conati sumus amoliri, nisi quod quædam Paulinæ linguæ adeò peculiaria sunt, ut aliquoties mutari non queant, uelut hæc, fides, gratia corpus, caro, membra, spiritus, mens, sensus, ædificare, aliaque huius generis: Quæ ut prorsus mutari nõ debuerunt, ita quoad licuit, emollire studuimus. Sed iam ipsum audiamus Romanis Romane, imò omnibus crassius & explanatius loquentem.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA PAVLI
APOSTOLI AD
Romanos.

Κεφάλαιον ά.

ΠΑῦλος δοῦλος ἰησοῦ χριστοῦ, κλητὸς ἀπόστολος, ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον θεοῦ, ὃ προεπηγγείλατο διὰ τῶν προφητῶν αὐτοῦ ἐν γραφαῖς ἁγίαις, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος δαβὶδ κατὰ σάρκα, τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἁγιοσύνης, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν, εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ ἰησοῦ χριστοῦ. πᾶσι τοῖς οὖσιν ἐν ῥώμῃ, ἀγαπητοῖς θεοῦ, κλητοῖς ἁγίοις, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. πρῶτον μὲν εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου διὰ ἰησοῦ χριστοῦ ὑπὲρ πάντων ὑμῶν ὅτι ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ. μάρτυς γάρ μοί ἐστιν ὁ θεὸς, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, δεόμενος εἴπως ἤδη ποτὲ εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μετα-

CAPVT I.

PAulus seruus Iesu Christi vocatus ad munus Apostolicũ, segregatus in euangeliũ dei, quod ante ꝓmiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo qui genitus fuit ex semine Dauid secundum carnẽ. qui declaratus fuit filius dei cum potentia, secundũ spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus dominus noster, per quẽ accepimus gratiã ac muneris apostolici fũctionẽ: vt obediatur fidei inter omnes gẽtes, super ipsius nomine, quorũ de numero estis & vos vocati Iesu Christi. Omnibus qui Romæ estis dilectis dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax à deo patre nostro & domĩo Iesu Christo. Primũ quidẽ gratias ago deo meo per Iesum Christũ super omnib⁹ vobis, quod fides vestra annũciatur ĩ toto mũdo. Testis enĩ mihi est deus, quẽ colo spiritu meo in euangelio filij ipsi⁹, quod indefinẽter mentionem vestri faciã semper in precibus meis, orans si quo modo tandẽ aliquãdo prosperũ iter cõtingat volẽte deo, vt veniam ad vos. Desidero enĩ videre vos, vt aliquod

2. Ti. 2
Luc. 1
1. Cor. 1
2. Cor. 1
Gal. 1
Ephe. 1
2. Tim. 1

aliquod impertiar vobis donũ ſpirituale, quo confirmemini: hoc eſt vt cõmunem capiã conſolationẽ in vobis, per mutuã fidem, veſtrã ſimul & meã. Nolo autẽ vos ignorare fratres, quod ſæpe propoſuerã venire ad vos, licet prępeditus fuerim ad hũc vſq; diem, quo fructũ aliquem haberem in vobis quoq;, quemadmodũ & inter reliquas gentes. Græcis ſimul & barbaris, eruditis pariter ac rudibus, debitor ſum: ita quantum in me eſt, paratus ſum vobis quoque qui Romæ eſtis, euãgelizare. Non enĩ me pudet euãgelij Chriſti. Potentia ſiquidẽ eſt dei, ad ſalutẽ omni credenti, Iudæo primũ ſimul & Græco. Iuſtitia enĩ dei per illud patefit ex fide in fidem: ſicuti ſcriptũ eſt: Iuſtus autẽ ex fide victurus eſt. Palam fit enim ira dei de cœlo aduerſus omnẽ impietatem & iniuſtitiam hominũ, qui veritatem in iniuſtitia detinent: propterea ꝙ id quodde deo cognoſci põt, manifeſtũ eſt in illis. Deꝰ enim illis patefecit. Siquidẽ quę ſunt inuiſibilia illius ex creatiõe mũdi, dum per opera intelligũtur, perſpicitur, ipſaq; eterna eiꝰ potẽtia ac diuinitas, in hoc vt ſint inexcuſabiles: propterea quòd cum deum cognouerint, non vt deũ glorificauerunt, neq; grati fuerunt: ſed fruſtrati ſunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum

Abac.2
Galat.3
Heb.10
Rom.19

1.Cor.3
Ephe.4

μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν, εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς. τοῦτο δέ ἐστι, συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν, διὰ τῆς ἐν ἀλλήλοις πίστεως ὑμῶν τε καὶ ἐμοῦ. οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοὶ, ὅτι πολλάκις προεθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ἐκωλύθην ἄχρι τοῦ δεῦρο, ἵνα καρπόν τινα σχῶ καὶ ἐν ὑμῖν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις, ὀφειλέτης εἰμί. οὕτως τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον, καὶ ὑμῖν τοῖς ἐν ῥώμῃ εὐαγγελίσασθαι. οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ. δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι, ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλληνι. δικαιοσύνη γὰρ θεοῦ ἐν αὐτῷ ἀποκαλύπτεται ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, καθὼς γέγραπται. ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀδικίαν ἀνθρώπων, τὴν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων, διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῖς ἐφανέρωσεν. τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους, διότι γνόντες τὸν θεὸν οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν, ἢ εὐχαρίστησαν, ἀλλ' ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος

σωμένος αὐτῶν καρδία. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων, καὶ ἑρπετῶν. διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, εἰς ἀκαθαρσίαν, τοῦ ἀτιμάζεσθαι τὰ σώματα αὐτῶν ἐν ἑαυτοῖς, οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν αὐτοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει, παρὰ τὸν κτίσαντα, ὃς ἔστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας. αἵτε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν, εἰς τὴν παρὰ φύσιν. ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες, ἀφέντες τὴν φυσικὴν χρῆσιν τῆς θηλείας, ἐξεκαύθησαν ἐν τῇ ὀρέξει αὐτῶν εἰς ἀλλήλους, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι, καὶ τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης αὐτῶν, ἐν ἑαυτοῖς ἀπολαμβάνοντες. καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα, πεπληρωμένους πάσῃ ἀδικίᾳ, πονηρίᾳ, πορνείᾳ, πλεονεξίᾳ, κακίᾳ, μεστοὺς φθόνου, φόνου, ἔριδος, δόλου, κακοηθείας, ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, ὑπερηφάνους, ἀλαζόνας, ἐφευρετὰς κακῶν, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀσυνέτους, ἀσυνθέτους,

bratū est insciens cor eorū. Cū se crederent esse sapientes, stulti facti sunt, mutauerunt q; gloriam immortalis dei per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinē effictam, verum etiā volatiliū & quadrupedum & reptilium. Quapropter tradidit illos deus per cupiditates cordiū suorū in immūditiā, vt ignominia afficiant corpora sua inter se mutuo, qui cōmutarunt veritatē eius mendacio, & venerati sunt, coluerunt q́ue ea quæ condita sunt, supra eū qui cōdidit, qui est laudādus in secula, amen. Quamobrē tradidit eos deus in cupiditates ignominiosas: nam & fœminæ illorum mutauerūt naturalem vsum in eum qui est præter naturā, similiter q́; & masculi, relicto naturali vsu fœminę, exarserunt per appetentiā sui, alius in aliū, masculi in masculos fœditatē perpetrantes, & prę miū quod oportuit erroris sui in sese recipientes. Et quēadmodū non probauerunt vt deū agnoscerent, ita tradidit eos deus in reprobam mentem, vt facerent quæ non conueniebat: repleti omni iniustitia, scortatione, versutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, cōtētione, dolo, malis prædi ti morib⁹, susurrones, obtrectatores, dei osores, contumelioſi, elati, glorioſi, excogitatores malorū, parētibus immorigeri, ex-

1. Cor. 1

Rom. 9

pertes

pertes intelligentiæ, pactorum haudquaq̃ tenaces, alieni à charitatis affectu, nescij fœderis, immisericordes: qui cum Dei iustitiam nouerint, nempe q̃ ij qui talia faciũt, digni sint morte, non solum ea faciunt, verũetiam assentiuntur iis qui faciũt.

Cap. 1). Quapropter inexcusabilis es ô homo, quisq̃s es qui iudicas.

Mat. 7. Nam hoc ipso quod iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim facis tu, qui iudicas. Scimus autem quod iudicium dei est secundum veritatem aduersus eos qui talia agunt. Cogitas autem hoc, ô homo qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium dei? Aut diuitias bonitatis illius ac tolerantiæ lenitatisq̃; contemnis, ignorans quod bonitas dei ad pœnitentiam te inuitat? Sed iuxta duritiam tuã, & cor pœnitere nesciũ, colligis tibiipsi iram in die iræ, quo pa-

Matt. 15. tefiet iustũ iudiciũ dei, qui redditurus est vnicuiq; iuxta facta sua, his quidé qui perseuerantes in benefaciendo, gloriam & honorem & immortalitatem querunt, vitam æternam: iis verò qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem non obtemperãt, sed obtemperant iniustitiæ, ventura est indignatio, & ira, afflictio, & anxietas aduersus omnem animã hominis perpetrantis malum, Iudæi primum simul

& Græ

ἀσωθέτους, ἀσυνθέτους, ἀστόργους, ἀνελεήμονας. οἵτινες τὸ δικαίωμα τοῦ θεοῦ ἐπιγνόντες, ὅτι οἱ τὰ τοιαῦτα πράσσοντες, ἄξιοι θανάτου εἰσίν, οὐ μόνον αὐτὰ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ συνευδοκοῦσι τοῖς πράσσουσι.

διὸ ἀναπολόγητος εἶ ὦ ἄνθρωπε, πᾶς ὁ κρίνων. ἐν ᾧ γὰρ κρίνεις τὸν ἕτερον, σεαυτὸν κατακρίνεις. τὰ γὰρ αὐτὰ πράσσεις ὁ κρίνων. οἴδαμεν δὲ ὅτι τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ ἐστὶ κατὰ ἀλήθειαν ἐπὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας. λογίζῃ δὲ τοῦτο ὦ ἄνθρωπε, ὁ κρίνων τοὺς τὰ τοιαῦτα πράσσοντας, καὶ ποιῶν αὐτά, ὅτι σὺ ἐκφεύξῃ τὸ κρῖμα τοῦ θεοῦ; ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, ἀγνοῶν, ὅτι τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει; κατὰ δὲ τὴν σκληρότητά σου, καὶ ἀμετανόητον καρδίαν θησαυρίζεις σεαυτῷ ὀργὴν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ, ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ, δόξαν καὶ τιμὴν καὶ ἀφθαρσίαν ζητοῦσιν, ζωὴν αἰώνιον. τοῖς δὲ ἐξ ἐριθείας, καὶ ἀπειθοῦσι μὲν τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, θυμὸς, καὶ ὀργὴ, θλῖψις, καὶ στενοχωρία, ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἀνθρώπου τοῦ κατεργαζομένου τὸ κακὸν, Ἰουδαίου τε πρῶτον καὶ Ἕλληνος. δόξα δὲ, καὶ τιμὴ, καὶ εἰρήνη παντὶ τῷ ἐργαζομένῳ

δοξαν τὸ ἀγαθὸν, ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλλησι. οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ θεῷ. ὅσοι γὰρ ἀνόμως ἥμαρτον, ἀνόμως καὶ ἀπολοῦνται. καὶ ὅσοι ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων, ἐν ἡμέρᾳ ὅτε κρινεῖ ὁ θεὸς τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ. ἰδὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, καὶ καυχᾶσαι ἐν τῷ θεῷ, καὶ γινώσκεις τὸ θέλημα καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα, κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου, πέποιθάς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν, φῶς τῶν ἐν σκότει, παιδευτὴν ἀφρόνων, διδάσκαλον νηπίων, ἔχοντα τὸν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις. ὁ κηρύσσων μὴ κλέπτειν, κλέπτεις. ὁ λέγων μὴ μοιχεύειν, μοιχεύεις. ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς. ὃς ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν θεὸν ἀτιμάζεις. τὸ γὰρ ὄνομα τοῦ θεοῦ δι' ὑμᾶς βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν, καθὼς γέγραπται. περιτομὴ μὲν γὰρ ὠφελεῖ, ἐὰν νόμον πράσσῃς· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ἦς, ἡ περιτομή σου ἀκροβυστία γέγονεν. ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου. οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή· ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι οὐ γράμματι, οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων ἀλλὰ ἐκ τοῦ θεοῦ.

& Græci: gloria verò & honor & pax omni operanti bonũ, Iudæo primum simul & Græco. Non enim est personarũ respectus apud deum. Quicũq; enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Nõ enim qui audiũt legem, iusti sunt apud deũ, sed qui legem factis exprimũt, iusti habebuntur. Nam cũ gentes quæ legẽ nõ habent, natura quæ legis sunt, fecerint: eæ legẽ nõ habẽtes, sibi ipsis sunt lex, qui ostẽdunt opus legis scriptũ in cordibus suis, simul attestante illorũ conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus in eo die, cum iudicabit dominus occulta hominum iuxta euãgelium meũ per Iesum Christũ. Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti voluntatem, ac probas eximia, institutus ex lege, cõfidisq; teipsum ducẽ esse cæcorũ, lumẽ in tenebris versantium, eruditorẽ insipiẽtiũ, doctorẽ imperitorũ, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem: qui igitur doces aliũ, teipsum non doces. qui prædicas non furandũ, furaris: qui dicis nõ adulterãdũ, adulteriũ cõmittis: qui execraris simulachra, sacrilegiũ admittis: qui de lege gloriaris, per legis trãsgressionem deũ dehonestas.

Ephes. 6
Galat. 2.
Col. 3.
Acto. 10.
Iacob. 2.
1. Pet. 1.
Mat. 7.
Iacobi 1.

stas. Nã nomen dei propter vos
male audit inter gentes, quem-
admodum scriptũ est. Nam cir
Ezec. 36 cuncisio quidem prodest, si le-
gem seruaueris: ꝙ si trãsgressor
legis fueris, circuncisio tua in
præputiũ versa est. Ergo si præ
putiũ iustificationes legis serua
uerit, nónne præputium illius
pro circũcisiõe imputabitur? &
iudicabit quod est ex natura
præputium, si legem seruauerit,
te qui per literam & circũcisio-
nem trãsgressor es legis? Non is
qui in manifesto Iudæus sit, Iu-
dæus est: nec ea quæ in manife-
sto sit carnis circũcisio, circũci
sio est: sed qui in occulto Iudæ⁹
fuerit, is Iudæus est: & circun-
Deut. 10. cisio cordis, circuncisio est, quæ
30. spiritu constat, non litera: cu-
ius laus non ex hominibus est,
sed ex deo.

Cap. III. Quid igitur habet in quo præ
cellat Iudæus? aut quæ vtilitas
circũcisionis Multũ per omné
modum. Nam primum quidem
illud, quod illis cõmissa sũt ora
cula dei. Quid enim si quidã fue
runt increduli? Num incredulí-
tas illorũ fidẽ dei faciet irritam?
Ioan. 3. 8 Absit. Imò sit deus verax, omnis
Psal. 15. autem homo mendax. Quẽ-
Psal. 50. admodum scriptũ est, Vt iustifi
ceris in sermonibus tuis, & vin-
cas cum iudicaris. Quod si iniu
stitia nostra, dei iustitiã cõmen
dat, quid dicemus? Nũ iniustus
deus, qui inducat iram? Hũano
more

παραβάσεως τοῦ νόμου τὴν περιτομήν σου ἀκροβυστία γέγονεν. ἐὰν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσῃ, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται; καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, τὸν νόμον τελοῦσα, σὲ, τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου; οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ Ἰουδαῖός ἐστιν, οὐδὲ ἡ ἐν τῷ φανερῷ ἐν σαρκὶ περιτομή, ἀλλ' ὁ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας, ἐν πνεύματι, οὐ γράμματι. οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ θεοῦ.

Τί οὖν τὸ περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου ἢ τίς ἡ ὠφέλεια τῆς περιτομῆς; πολλὴ κατὰ πάντα τρόπον. πρῶτον μὲν γάρ, ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. τί γάρ, εἰ ἠπίστησάν τινες; μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ θεοῦ καταργήσει; μὴ γένοιτο. γινέσθω δὲ ὁ θεὸς ἀληθής, πᾶς δὲ ἄνθρωπος ψεύστης. καθὼς γέγραπται. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν, θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι, τί ἐροῦμεν; μὴ ἄδικος ὁ θεὸς, ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; κατὰ ἄνθρωπον

πον λέγω. μὴ γένοιτο. ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον; εἰ γὰρ ἡ ἀλήθεια τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ἐμῷ ψεύσματι ἐπερίσσευσεν εἰς τὸν δόξαν αὐτοῦ, τί ἔτι κἀγὼ ὡς ἁμαρτωλὸς κρίνομαι; καὶ μὴ καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν, ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακά, ἵνα ἔλθῃ τὰ ἀγαθά. ὧν τὸ κρίμα ἔνδικόν ἐστι. τί οὖν; προεχόμεθα; οὐ πάντως. προητιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, καθὼς γέγραπται. ὅτι οὐκ ἔστι δίκαιος, οὐδὲ εἷς. οὐκ ἔστιν ὁ συνιῶν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὸν θεόν. πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν. οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. ὧν τὸ στόμα ἀρᾶς καὶ πικρίας γέμει. ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα. σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν, καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν. οὐκ ἔστι φόβος θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. οἴδαμεν δέ, ὅτι ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ, ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ, καὶ ὑπόδικος γένηται πᾶς ὁ κόσμος τῷ θεῷ. διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας. νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται, μαρτυρουμένη ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ

more loquor, Absit. Nam quomodo iudicabit deꝰ mundū? Et enim si veritas dei per meū mēdaciū excelluit in gloriā ipsius, quid posthac & ego veluti peccator iudicor? Ac non potius (quemdmodū de nobis male loquūtur, & sicut quidā aiunt nos dicere) faciamus mala vt veniāt bona, quorū dānatio iusta est: Quid igitur præcellimus eos? Nullo modo. Nam antè causis redditis ostendimus & Iudæos & Græcos omnes peccato esse obnoxios: sicut scriptū est, Non est iustus, ne vnus quidē, nō est qui intelligat, non est qui exquirat deū: oēs deflexerūt, simul inutiles facti sunt: nō est qui exerceat bonitatem, nō est vsque ad vnum. Sepulchrum apertū gutur eorum, linguis suis ad dolū vsi sūt, venenū aspidū sub labiis eorū. Quorū os execratiōe & amarulētia plenū est, veloces pedes eorū ad effundēdū sanguinē. Cōtritio & calamitas i viis eorum, & viā pacis nō cognouerunt. Nō est timor dei corā oculis eorū. Scimus aūt quod quæcūq; lex dicit, his q in lege sunt dicat: vt omne os obturet: & obnoxius fiat totus mūdus deo, ꝓpterea qđ ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in cōspectu eius: per legē enim agnitio peccati. Nūc verò absq; lege iustitia dei manifestata est, dū cōprobatur testimonio legis ac

Psal. 13. 52.

Psal. 5. 13

Gala 2.

pro-

prophetarum. Iustitia verò dei per fidē Iesu Christi in omnes & super omnes eos qui credūt. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, ac destituuntur gloria Dei. Iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionē quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus reconciliatorem per fidem, interueniente ipsius sanguine ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præteritorū peccatorum, quæ deus tolerauit ad ostendendam iustitiam suam in præsenti tempore, in hoc, vt ipse sit iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi igitur gloriatio? Exclusa est. Per quem legem? Operum? Non: imò per legem fidei. Arbitramur igitur fide iustificari hominem absq; operibus legis. An Iudæorum deus tantùm? An non & gentium? Certe & gentium. Quandoquidem vnus deus, qui iustificabit circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit. Imò legem stabilimus.

1. Ioā. 1.
1. Tim. 2

Gal. 2.

Cap. IIII

Quid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem. Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei ad

Gen. 15.
Gal. 3.
Iacobi 2.

τῶν προφητῶν. δικαιοσύνη δὲ θεοῦ διὰ πίστεως ἰησοῦ χριστοῦ εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. οὐ γάρ ἐστιν διαστολή. πάντες γὰρ ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον, διὰ τῆς πίστεως ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι εἰς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, διὰ τὴν πάρεσιν τῶν προγεγονότων ἁμαρτημάτων, ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ, πρὸς ἔνδειξιν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τὸν ἐκ πίστεως ἰησοῦ. ποῦ οὖν ἡ καύχησις; ἐξεκλείσθη. διὰ ποίου νόμου; τῶν ἔργων; οὐχί, ἀλλὰ διὰ νόμου πίστεως. λογιζόμεθα γὰρ πίστει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. ἢ ἰουδαίων ὁ θεὸς μόνον; οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν. ἐπείπερ εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο. ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν.

τί οὖν ἐροῦμεν ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; εἰ γὰρ ἀβραὰμ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη, ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν. τί γὰρ ἡ γραφὴ λέγει; ἐπίστευσε δὲ ἀβραὰμ τῷ θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. τῷ δὲ ἐργαζο-

ἐργαζομένῳ, ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα. τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. καθάπερ καὶ Δαβὶδ λέγει τὸν μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων· μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. μακάριος ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν. ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν περιτομὴν, ἢ καὶ ἐπὶ τὴν ἀκροβυστίαν; λέγομεν γάρ, ὅτι ἐλογίσθη τῷ Ἀβραὰμ ἡ πίστις εἰς δικαιοσύνην. πῶς οὖν ἐλογίσθη; ἐν περιτομῇ ὄντι, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ; οὐκ ἐν περιτομῇ, ἀλλ' ἐν ἀκροβυστίᾳ. καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομὴν, σφραγῖδα τῆς δικαιοσύνης τῆς πίστεως, τῆς ἐν τῇ ἀκροβυστίᾳ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πατέρα πάντων τῶν πιστευόντων δι' ἀκροβυστίας, εἰς τὸ λογισθῆναι καὶ αὐτοῖς τὸ δικαιοσύνην, καὶ πατέρα περιτομῆς, τοῖς οὐκ ἐκ περιτομῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι τῆς πίστεως, τῆς ἐν ἀκροβυστίᾳ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ. οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραάμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως. εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου κληρονόμοι, κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγε-

ad iustitiã. Ei verò qui operatur, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundũ debitum. Porrò ei qui nõ operatur, sed credit in eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiã. Quemadmodum & Dauid explicat beatificationẽ hominis, cui Deus imputat iustitiã absq; operibus. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata. Beatus vir cui nõ imputabit dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, in circuncisionẽ tantum, an & in præputiũ deuenit? Dicimus enim quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iustitiã. Quomodo ergo imputata est? cum esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis, signaculũ iustitiæ fidei, quæ fuerat in præputio, vt esset pater omniũ credentium per præputium, vt imputaretur & illis iustitia, & pater circuncisionis iis qui nõ solum genus ducerẽt à circuncisis, verum etiã ingrederentur vestigiis fidei, quę fuit in præputio patris nostri Abrahæ. Non enim per legem promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iustitiam fidei. Etenim si ij qui ad legem pertinent, hæredes sunt: inanis facta est fides, & irrita facta est promissio:

Psal. 31.

Galat. 3.

missio: nam lex iram operatur. Siquidē vbi non est lex, ibi nec transgressio est. Idcirco ex fide datur hæreditas, vt secundum gratiam, vt firma sit promissio vniuerso semini, non ei quod est ex lege tantum, verū etiam ei quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omniū nostrūm: sicut
Ge.17.18 scriptum est: Patrem multarum
Eccl.44 gentium constitui te, nimirum ad exemplū Dei cui crediderat, qui vitæ restituit mortuos ac vocat ea quæ non sunt, tanquam sint: qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gētium: iuxta id quod dictum est: Sic erit semen tuū. Ac
Ge.13.22 non infirmatus fide, haud considerauit suū ipsius corpus iam emortuum, quum centum ferè natus esset annos, nec emortuā vuluā Saræ: verum ad promissionem Dei non hæsitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam deo: certa persuasione cōcepta, quod is qui promiserat, idē potens esset & præstare. Quapropter etiam imputatū est illi ad iustitiam. Non scriptum est aūt propter illum tantum, imputatū fuisse illi, sed etiā propter nos, quibus imputabitur, credētibus
1. Tim.2 in eum qui excitauit Iesum do
1.Ioan.1. minum nostrum à mortuis, qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

Iustifi-

ἐπαγγελία. ὁ γὰρ νόμος ὀργὴν κατεργάζεται· οὗ γάρ οὐκ ἔστι νόμος, οὐδὲ παράβασις. διὰ τοῦτο ἐκ πίστεως, ἵνα κατὰ χάριν, εἰς τὸ εἶναι βεβαίαν τὴν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ σπέρματι, οὐ τῷ ἐκ τοῦ νόμου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐκ πίστεως Ἀβραάμ, ὅς ἐστι πατὴρ πάντων ἡμῶν, καθὼς γέγραπται, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, κατέναντι, οὗ ἐπίστευσε θεοῦ, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, κατὰ τὸ ἐρρηθέν, οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου. καὶ μὴ ἀσθενήσας τῇ πίστει, οὐ κατενόησε τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ἤδη νενεκρωμένον, ἑκατονταετής πως ὑπάρχων, καὶ τὴν νέκρωσιν τῆς μήτρας Σάρρας. εἰς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ οὐ διεκρίθη τῇ ἀπιστίᾳ, ἀλλ' ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει, δοὺς δόξαν τῷ θεῷ, καὶ πληροφορηθεὶς, ὅτι ὃ ἐπήγγελται, δυνατός ἐστι καὶ ποιῆσαι. διὸ καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. οὐκ ἐγράφη δὲ δι' αὐτὸν μόνον, ὅτι ἐλογίσθη αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ δι' ἡμᾶς, οἷς μέλλει λογίζεσθαι, τοῖς πιστεύουσιν ἐπὶ τὸν ἐγείραντα Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἐκ νεκρῶν, ὃς παρεδόθη διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ἠγέρθη διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν.

Δικαιω-

Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχομεν πρὸς τὸν θεὸν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν, εἰδότες, ὅτι ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐ καταισχύνει, ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. ἔτι γὰρ χριστὸς ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν κατὰ καιρὸν, ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. μόλις γὰρ ὑπὲρ δικαίου τὶς ἀποθανεῖται. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τάχα τὶς καὶ τολμᾷ ἀποθανεῖν. συνίστησι δὲ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ὁ θεὸς, ὅτι ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε. πολλῷ οὖν μᾶλλον δικαιωθέντες νῦν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, σωθησόμεθα δι' αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀργῆς, εἰ γὰρ ἐχθροὶ ὄντες, κατηλλάγημεν τῷ θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν τῷ θεῷ διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, δι' οὗ νῦν τὴν καταλλαγὴν ἐλάβομεν. διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας

Iustificati igitur ex fide, pacẽ habemus erga deũ, per dominũ nostrum Iesum Christum: per quem & contigit nobis, vt fide perduceremur in gratiam hãc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ dei. Nec id solum, verum etiam gloriamur super afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam pariat, patiẽtia vero probationem, probatio autem spem. Porrò spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris, p spiritũ sanctũ qui datus est nobis. Christus enim quum adhuc essemus infirmi, iuxta temporis rationẽ, pro impiis mortuus est. Nam vix pro iusto quisquam morietur. Si quidem pro bono forsitan aliquis etiam mori sustinet: Commendat autem suam Charitaté erga nos deus, quòd quũ adhuc essem⁹ peccatores, Christus pro nobis mortu⁹ fuit: Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira. Nam si quũ inimici essemus, recõciliati fuimus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius. Non solum autem hoc, verumetiam gloriantes in deo per dominum nostrum Iesum Christũ, per quem nunc reconciliationẽ assequuti sumus. Propterea, quemadmodum per vnum hominẽ peccatum in mũdum introiit, ac per

Cap. v.

Iacobi 1.

Hebr. 9.

1. Pet. 3.

peccatum mors, & sic in omnes homines mors peruasit, quatenus omnes peccauimus. Vsq; ad legem enim peccatū erat in mūdo: porro peccatum non imputatur, quum non est lex, imò regnauit mors ab Adam vsque ad Mosen, in eos quoque qui non peccauerant ad similitudinem transgressionis Adam, qui typum gerit illius futuri. At nō vt peccatum, ita & donū. Nam si vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit vnius hominis IESV CHRISTI, in multos exuberauit. Et non sicut per vnum qui peccauerat, venerat mors, ita donum. Nam condemnatio quidem ex vno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad iustificationem. Et enim si per vnius delictum mors regnauit per vnum, multo magis ij qui exuberantiam gratiæ & doni iustitiæ accipiunt, per vitam regnabunt autore vno IESV CHRISTO. Itaque sicut per vnius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iustificationem propagatur bonum in omnes homines ad iustificationem vitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti fuimus multi: ita per obedientiā vnius, iusti

τίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον. ἄχρι γὰρ νόμου ἁμαρτία ἦν ἐν κόσμῳ· ἁμαρτία δὲ οὐκ ἐλλογεῖται, μὴ ὄντος νόμου· ἀλλ᾽ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. ἀλλ᾽ οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτως καὶ τὸ χάρισμα. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον, πολλῷ μᾶλλον ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι, τῇ τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε. καὶ οὐχ ὡς δι᾽ ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, ἐν ζωῇ βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἄρα οὖν ὡς δι᾽ ἑνὸς παραπτώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι᾽ ἑνὸς δικαιώματος εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. ὥσπερ γὰρ διὰ τῆς παρακοῆς τοῦ ἑνὸς ἀνθρώπου, ἁμαρτωλοὶ κατεστάθησαν οἱ πολλοί, οὕτως καὶ διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἑνὸς δίκαιοι κατα-

τας αθήσονται οἱ πολλοί. νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις, ἵνα ὥσπερ ἐβασίλευσεν ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θανάτῳ, οὕτως καὶ ἡ χάρις βασιλεύσῃ διὰ δικαιοσύνης εἰς ζωὴν αἰώνιον, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Iusti constituentur multi. Cæterum lex obiter subiit, vt abundaret delictum. Vbi verò exuberauit peccatũ, ibi magis exuberauit gratia: vt quemadmodum regnauerat peccatum in morte, sic & gratia regnaret per iustitiam ad vitam æternam per Iesum Christum. Galat. 3.

Τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενῶμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ; μὴ γένοιτο. οἵτινες ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, πῶς ἔτι ζήσομεν ἐν αὐτῇ; ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι ὅσοι ἐβαπτίσθημεν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθημεν; συνετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον, ἵνα ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν καινότητι ζωῆς περιπατήσωμεν. εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα, τοῦτο γινώσκοντες, ὅτι ὁ παλαιὸς ἡμῶν ἄνθρωπος συνεσταυρώθη, ἵνα καταργηθῇ τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι δουλεύειν ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ· ὁ γὰρ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. εἰ δὲ ἀπεθάνομεν σὺν Χριστῷ, πιστεύομεν ὅτι καὶ συζήσομεν αὐτῷ· εἰδότες, ὅτι Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν, οὐκέτι ἀποθνήσκει, θάνατος αὐτοῦ οὐκέτι κυριεύει. ὃ γὰρ ἀπέθανεν, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφ' ἅπαξ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ θεῷ. οὕτως καὶ ὑμεῖς

Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, vt gratia abũdet? Absit. Qui, mortui sumus peccato, quomodo posthac viuemus in eodem? An ignoratis, quod quicunq; baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus vnà cũ illo per baptismum in mortem, vt quemadmodum excitatus est Christus ex mortuis, per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Nã si insititij facti sumus illi, per similitudinem mortis eius, nimirum & resurrectionis participes erimus, illud scientes, quod vetus ille noster homo cum illo crucifixus est, vt aboleretur corpus peccati, vt posthac non seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si mortui sumus cum Christo, credimus quod & viuemus cũ illo. Sciẽtes quod Christus excitatus à mortuis non amplius moritur, mors illi nõ amplius dominatur. Nã quod mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel: Cap. vi. Gal. 3. Ephes. 4 Col. 3.

quod autem viuit, viuit deo. Ita & vos reputate vos ipsos, mortuos quidem esse peccato, viuentes autem deo per Christū Iesum dominum nostrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore, vt obediatis illi p cupiditates eius. Neq; accommodetis membra vestra, arma iniustitiæ peccato: sed accommodetis vosmetipsos deo, velut ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Nō enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid igitur? Peccabimus quod nō sim⁹ sub lege, sed sub gratia? Absit. An nescitis, quod cui accommodatis vos ipsos seruos ad obediēdū eius serui estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? Gratia autē deo quod fuistis quidem serui peccati, sed obedistis ex animo, in eam in quam traducti estis formam doctrinæ. Cæterum liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis vestrę. Quemadmodum enim præbuistis membra vestra seruia immūditiæ & iniquitati, ad aliam atque aliam iniquitatē: sic & nūc præbete membra vestra seruia iustitiæ ad sanctificationem. Quum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his,

Ioan. 8.
Esa. 1.
Ezec. 36

ὑμεῖς λογίζεσθε ἑαυτοὺς νεκροὺς μὲν εἶναι τῇ ἁμαρτίᾳ, ζῶντας δὲ τῷ θεῷ ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. μὴ οὖν βασιλευέτω ἡ ἁμαρτία ἐν τῷ θνητῷ ὑμῶν σώματι, εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. μηδὲ παριστάνετε τὰ μέλη ὑμῶν ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλὰ παραστήσατε ἑαυτοὺς τῷ θεῷ, ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντας. καὶ τὰ μέλη ὑμῶν, ὅπλα δικαιοσύνης τῷ θεῷ. ἁμαρτία γὰρ ὑμῶν οὐ κυριεύσει. οὐ γάρ ἐστε ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν. τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν; μὴ γένοιτο. οὐκ οἴδατε, ὅτι ᾧ παριστάνετε ἑαυτοὺς δούλους εἰς ὑπακοήν, δοῦλοί ἐστε, ᾧ ὑπακούετε, ἤτοι ἁμαρτίας εἰς θάνατον, ἢ ὑπακοῆς εἰς δικαιοσύνην; χάρις δὲ τῷ θεῷ, ὅτι ἦτε δοῦλοι τῆς ἁμαρτίας, ὑπηκούσατε δὲ ἐκ καρδίας, εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς. ἐλευθερωθέντες δὲ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἐδουλώθητε τῇ δικαιοσύνῃ. ἀνθρώπινον λέγω, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ ἀνομίᾳ, εἰς τὴν ἀνομίαν, οὕτω καὶ νῦν παραστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ, εἰς ἁγιασμόν. ὅτε γὰρ δοῦλοι ἦτε τῆς ἁμαρτίας, ἐλεύθεροι ἦτε τῇ δικαιοσύνῃ. τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε, ἐφ' οἷς

ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; τὸ γὰρ τέλος ἐκείνων θάνατος. νυνὶ δὲ ἐλευθερωθέντες ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, δουλωθέντες δὲ τῷ θεῷ, ἔχετε τὸν καρπὸν ὑμῶν εἰς ἁγιασμόν, τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον. τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας, θάνατος, τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, ζωὴ αἰώνιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

in his, de quibus nunc erubescitis? Nam finis illorū mors. Nūc vero manumissi à peccato, serui aūt facti deo, habetis fructū vestrum in sanctificationem, finem autem vitā æternam? Etenim autoramēta peccati, mors: donum autem dei, vita æterna per Christum Iesum dominum nostrum.

Ἢ ἀγνοεῖτε ἀδελφοί, γινώσκουσι γὰρ νόμον λαλῶ, ὅτι ὁ νόμος κυριεύει τοῦ ἀνθρώπου, ἐφ' ὅσον χρόνον ζῇ, ἡ γὰρ ὑπανδρος γυνὴ τῷ ζῶντι ἀνδρὶ δέδεται νόμῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, κατήργηται ἀπὸ τοῦ νόμου τοῦ ἀνδρός. ἄρα οὖν ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίσει, ἐὰν γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ. ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνήρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου, τοῦ μὴ εἶναι αὐτὴν μοιχαλίδα, γενομένην ἀνδρὶ ἑτέρῳ. ὥστε ἀδελφοί μου καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ διὰ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι ὑμᾶς ἑτέρῳ, τῷ ἐκ νεκρῶν ἐγερθέντι, ἵνα καρποφορήσωμεν τῷ θεῷ. ὅτε γὰρ ἦμεν ἐν τῇ σαρκὶ, τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν, τὰ διὰ τοῦ νόμου, ἐνηργεῖτο ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, εἰς τὸ καρποφορῆσαι τῷ θανάτῳ. νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα, ὥστε δουλεύειν ἡμᾶς ἐν καινότητι πνεύματος, καὶ οὐ παλαιότητι γράμματος. τί οὖν ἐροῦμεν; ὁ νόμος ἁμαρτία; μὴ γένοιτο. ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, εἰ μὴ διὰ νόμου. τὴν τε

An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quod lex tātisper dominetur homini, quoad ea vixerit? Nā viro obnoxia mulier, viuenti viro alligata est per legem: quod si mortuus fuerit vir, liberata est à lege viri. Proinde viuente viro, adultera vocabitur, si se iunxerit alteri viro. Sin autem mortuus fuerit vir, liberata est à iure viri: vt non sit adultera, si iuncta fuerit alteri viro. Itaque fratres mei, vos quoque mortificati estis legi per corpus Christi, vt iungeremini alteri: nimirum ei qui ex mortuis surrexit, vt fructificemus deo. Quū enim essemus in carne, affectus peccatorum qui sunt per legem, vigebant in mēbris nostris ad fructificandum morti. Nunc autem liberati sumus à lege, mortui ei in qua detinebamur, vt seruiamus per nouitatem spiritus, & non per vetustatem literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatū non cognoui, nisi per legem. Nam

Ca. VII.

1. Cor. 7

Matth. 5

Galat. 3

& concupiscentiam non nouisſem, nisi lex dixisſet, Non concupiſces. Sed occasione accepta, peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiſcẽtiam. Siquidẽ absq; lege peccatum erat mortuum. Ego autem viuebam ſine lege quondam. Porrò veniente mandato, peccatum reuixit: ego vero mortuus ſum. Et repertũ eſt, mandatum quod inſtitutũ erat ad vitã mihi cedere ad mortẽ. Nã peccatum occaſione accepta p præceptum, decepit me: & per illud occîdit. Itaque lex ipſa quidem ſancta, & præceptum ſanctum ac iuſtum & bonũ. Ergo quod bonũ erat, mihi factũ eſt mors? Abſit, Imo peccatum. Vt appareret peccatum, per id quod erat bonum mihi gignere mortẽ, vt fieret maiorẽ in modũ peccans peccatũ per præceptũ. Scimus enim quod lex, ſpiritualis eſt, at ego carnalis ſum, venditus ſub peccatum. Quod enim ago, nõ probo. Non enim quod volo, hoc facio: ſed qđ odi, hoc ago. Si vero quod nõ volo, hoc facio, cõſentio legi, quod bona ſit. Nunc autem non iam ego perpetro illud, ſed inhabitans in me peccatũ. Noui enĩ quod non habitet in me, hoc eſt in carne mea, bonum. Nam velle adeſt mihi, at vt faciam bonũ, nõ reperio. Non enim quod volo facio bonum, ſed quod nõ volo

Exod. 20
Deut. 5.

1. Tim. 1

τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ἤδειμ, ἐὰν μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν, οὐκ ἐπιθυμήσεις. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατεἰργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν. χωρὶς γὰρ νόμου, ἁμαρτία νεκρά. ἐγὼ δὲ ἔζων χωρὶς νόμου ποτέ. ἐλθούσης δὲ τῆς ἐντολῆς, ἡ ἁμαρτία ἀνέζησεν, ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. καὶ εὑρέθη μοι ἡ ἐντολὴ ἡ εἰς ζωὴν, αὕτη εἰς θάνατον. ἡ γὰρ ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβοῦσα διὰ τῆς ἐντολῆς, ἐξηπάτησέ με, καὶ δι' αὐτῆς ἀπέκτεινεν. ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία καὶ δικαία καὶ ἀγαθή. τὸ οὖν ἀγαθὸν, ἐμοὶ γέγονε θάνατος; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. οἴδαμεν γὰρ ὅτι ὁ νόμος πνευματικός ἐστιν. ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι, πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. ὃ γὰρ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. οὐ γὰρ ὃ θέλω, τοῦτο πράσσω, ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω, τοῦτο ποιῶ, σύμφημι τῷ νόμῳ, ὅτι καλός. νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτό, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. οἶδα γὰρ ὅτι οὐκ οἰκεῖ ἐν ἐμοί, τουτέστιν ἐν τῇ σαρκί μου, ἀγαθόν. τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, τὸ δὲ κατεργάζεσθαι τὸ καλὸν, οὔ. οὐ γὰρ ὃ θέλω ποιῶ ἀγαθόν, ἀλλ' ὃ οὐ θέλω κακόν, τοῦτο πράσσω. εἰ δὲ ὃ οὐ θέλω

λω ἐγὼ, τοῦτο ποιῶ, οὐκέτι ἐγὼ κατεργάζομαι αὐτὸ, ἀλλ' ἡ οἰκοῦσα ἐν ἐμοὶ ἁμαρτία. εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται. συνήδομαι γὰρ τῷ νόμῳ τοῦ θεοῦ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος, τίς με ῥύσεται ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; εὐχαριστῶ τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοῒ δουλεύω νόμῳ θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας.

Οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ θανάτου. τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν, ἐν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν, τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. οἱ γὰρ κατὰ σάρκα ὄντες, τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσιν. οἱ δὲ κατὰ πνεῦμα,

lo malũ, hoc ago. Porrò si quod non volo ego, hoc facio: nõ iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatũ. Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malũ adiunctum sit. Delectat enim me lex dei secundũ internum hominem. Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quę est in membris meis. Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio? Gratias ago deo per Iesum Christum dominũ nostrũ. Itaq; idé ego mẽte quidé seruio legi dei. carne vero legi peccati.

Nulla igitur nunc est condé Ca. VIII
natio, his qui insiti sunt Christo Iesu, qui non iuxta carnem, versantur, sed iuxta spiritum. Nam lex spiritus vitę per Christum Iesum, liberum me reddidit à iure peccati & mortis. Etenim quod lex prẽstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio filio, misso sub specie carnis peccato obnoxiæ præstitit, ac de peccato cõdemnauit peccatũ per carnem, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundũ carnem versamur, sed secundum spiritũ. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt curãt: at qui spirituales, quæ spiritus sunt. Nam affectus carnis

nis mors est: affectus vero spiritus, vita & pax. Propterea quod affectus carnis, inimicitia est aduersus deum: nã legi dei non subditur, siquidẽ ne potest quidẽ. Qui vero in carne sunt, deo placere nõ possunt. Vos aũt nõ estis in carne, sed in spiritu: siquidẽ spiritus dei habitat in vobis. Quod si quis spiritũ Christi nõ habet, hic non est eius. Porrò si Christus in vobis est, corp⁹ quidem mortuũ est propter peccatum, spiritus autẽ vita est propter iustificationẽ. Quod si spiritus eius qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Christũ ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter ipsius spiritum inhabitantem in vobis. Proinde fratres, debitores sumus, nõ carni, vt secũdum carnẽ viuamus: nam si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta corporis mortificetis, vi-
2. Tim. 1 uetis. Etenim quicunq; spiritu
Gal. 4 Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis, per quem clamamus, Abba pater. Idem spiritus testatur vnà
Ibidem cum spiritu nostro, quod simus filij dei. Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidem dei,
2. Cor. 12 cohæredes autem Christi. Si-
Hebr. 4 quidem simul cum eo patimur, vt & vnà cum illo glorificemur.

μα, τὰ τοῦ πνεύματος. τὸ γὰρ φρόνημα τῆς σαρκὸς, θάνατος. τὸ δὲ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ζωὴ καὶ εἰρήνη. διότι τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς θεόν. τῷ γὰρ νόμῳ τοῦ θεοῦ οὐχ ὑποτάσσεται, οὐδὲ γὰρ δύναται. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται, ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι, εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν διὰ ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐκ νεκρῶν οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐγείρας τὸν χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσει καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὑμῶν, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα ἐν ὑμῖν. ἄρα οὖν ἀδελφοὶ ὀφειλέται ἐσμὲν, οὐ τῇ σαρκὶ, τοῦ κατὰ σάρκα ζῆν. εἰ γὰρ κατὰ σάρκα ζῆτε, μέλλετε ἀποθνήσκειν. εἰ δὲ πνεύματι τὰς πράξεις τοῦ σώματος θανατοῦτε, ζήσεσθε. ὅσοι γὰρ πνεύματι θεοῦ ἄγονται, οὗτοί εἰσιν υἱοὶ θεοῦ. οὐ γὰρ ἐλάβετε πνεῦμα δουλείας πάλιν εἰς φόβον, ἀλλ' ἐλάβετε πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν, ἀββᾶ ὁ πατήρ. αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ. εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι. κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ χριστοῦ, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. λογίζομαι γὰρ, ὅτι οὐκ ἄξια

ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως, τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται. τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι. ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. οἴδαμεν γάρ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ πνεύματος ἔχοντες, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς στενάζομεν, υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν. ἐλπὶς δὲ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπίς. ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν, ἐλπίζομεν, δι' ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. τὸ γὰρ τί προσευξόμεθα, καθὸ δεῖ οὐκ οἴδαμεν. ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν, στεναγμοῖς ἀλαλήτοις. ὁ δὲ ἐραυνῶν τὰς καρδίας, οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος, ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. οἴδαμεν δέ, ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσιν. ὅτι οὓς προέγνω, καὶ

mur. Nam reputo, non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos. Etenim sollicita creaturæ expectatio expectat vt palam fiant filij dei. Quippe vanitati creatura subiacet: non volens, sed propter eũ qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura cõgemiscit, simulq; nobiscũ parturit vsq; ad hoc tẽpus: non solũ aũt illa, sed & ipsi qui primitias spiritus habemus, & nos ipsi in nobisipsis gemimus, adoptionẽ expectantes, redẽptionẽ corporis nostri. Siquidẽ spe seruati sum°. Porrò spes si videatur, non est spes. Quod enĩ quis cernit, cur idem speret? Si vero quod nõ videmus speramus, id per patientiam expectamus. Cõsimiliter autem & spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris. Siquidem hoc ipsum quid oraturi sim°, vt oportet, nõ nouimus: verũ ipse spiritus intercedit pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. At ille qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus spiritus, quoniã secundum deũ intercedit pro sanctis. Scimus autẽ quod his qui diligunt deũ, omnia simul adiumẽto sunt in bonũ, nimirũ his qui iuxta propositum vocati sunt. Quoniã quos præsciuerat, eosdem

Psal. 7
Hiere. 17

dem & præfiniuit, conformes imaginis filij sui, vt ipse sit primogenitus inter multos fratres. Porrò quos prędefinierat, eos dé & vocauit. Et quos vocauit, eos & iustificauit. Quos autẽ iustificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dicemus ad hæc? Si deus
Ioan.3 pro nobis, quis contra nos? Qui
Esa.53 proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, qui fieri potest, vt nõ & cũ eodem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduersus electos dei? Deus est qui iustificat. Quis ille qui condẽnet? Christ⁹ est, qui mortuus est, imò qui & susscitatus est, qui etiã est ad dexterã dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos separabit à dilectiõe dei? num afflictio? num angustia? num persequutio? nũ fames? num nuditas? nũ periculum? num gladius? quẽadmodũ
Psal.43 scriptum est, Propter te morti tradimur tota die, habiti sumus velut oues destinatę mactatiõi. Verum in his omnibus superamus, per eũ qui dilexit nos. Nã mihi persuasũ habeo quod neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neque prĩcipatus, neq; potestates,
2.Cor.11 neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq; vlla creatura alia poterit nos separare à dilectiõe dei, quę est in Christo Iesu domino nostro.

Cap.1x. Gal.1 Veritatem dico in Christo, non mentior, attestante mihi simul

καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε. καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν. οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; εἰ ὁ θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν; ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ; θεὸς ὁ δικαιῶν· τίς ὁ κατακρινῶν; χριστὸς ὁ ἀποθανών, μᾶλλον δὲ καὶ ἐγερθείς, ὅς καί ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, ὃς καὶ ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ; θλῖψις; ἢ στενοχωρία; ἢ διωγμός; ἢ λιμός; ἢ γυμνότης; ἢ κίνδυνος; ἢ μάχαιρα; καθὼς γέγραπται. ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. ἀλλ' ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν, διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. πέπεισμαι γὰρ, ὅτι οὔτε θάνατος, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βάθος, οὔτέ τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ θεοῦ, τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν.

ἀλήθειαν λέγω ἐν χριστῷ, οὐ ψεύδομαι, συμμαρτυρούσης μοι τῆς

μοι τῆς συνειδήσεώς μου, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ὅτι λύπη μοί ἐστι μεγάλη, καὶ ἀδιάλειπτος ὀδύνη τῇ καρδίᾳ μου. ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ χριστοῦ ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν μου, τῶν συγγενῶν μου κατὰ σάρκα, οἵτινές εἰσιν Ἰσραηλῖται, ὧν ἡ υἱοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθῆκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. οὐχ οἷον δὲ, ὅτι ἐκπέπτωκεν ὁ λόγος τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραήλ, οὗτοι Ἰσραήλ. οὐδ' ὅτι εἰσὶ σπέρμα Ἀβραάμ, πάντες τέκνα, ἀλλ' ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, τουτέστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας, λογίζεται εἰς σπέρμα. ἐπαγγελίας γὰρ ὁ λόγος οὗτος. κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐλεύσομαι, καὶ ἔσται τῇ Σάρρᾳ υἱός. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. μήπω γὰρ γεννηθέντων μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ, οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος, ἐρρέθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. καθὼς γέγραπται. τὸν Ἰακὼβ ἠγάπησα, τὸν δὲ Ἠσαῦ ἐμίσησα. τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ θεῷ; μὴ

mul conscientia mea, per spiritum sanctũ, quod dolor mihi sit magn⁹ & assiduus cruciat⁹ cordi meo. Optarim enĩ ego ipse, anathema esse à Christo pro fratribus meis, cognatis meis secũdum carnem, qui sunt Israelitę, quorum est adoptio, & gloria, testamenta, & legis cõstitutio, & cultus, & promissiones, quorum sunt patres, & ij ex quibus est Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omnibus deus laudandus in secula, amen. Non autem hæc loquor, quod exciderit sermo dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel, neque quia sunt semen Abrahæ, statim omnes filij, sed per Isaac nominabitur tibi semen, hoc est, non qui filij carnis, ij filij dei: sed qui sunt filij promissionis, recensentur in semen. Promissionis enim sermo hic est, In tempore hoc veniam, & erit Saræ filius. Non solum autem hoc, sed & Rebecca ex vno conceperat Isaac patre nostro: nondum enim natis pueris, cũ neque boni quippiam fecissent neque mali, vt secundum electionẽ, dei propositum maneret: non ex operibus, sed ex vocante, dictum est illi: Maior seruiet minori. Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau verò odio habui. Quid igitur dicem⁹; Num iniustitia est apud deum?

Suprà.1

Gal.4 Gen.21

Gen.18

Gene.25

Mal.1

Absit.

Exo.33 Absit. Nam Mosi dicit, Miserebor cuiuscunque misereor, & commiserabor quemcunque cõ miseror. Itaque non volentis est, neque currentis, sed miserétis dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, In hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te potentiam meã, & vt annuncietur nomen meũ in tota terra. Itaq; cui vult miseretur, quem autem vult indurat. Dices ergo mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati illius quis restitit? At qui, ô homo, tu quis es, qui ex aduerso respõdes deo? Nũ dicet figmentũ, ei qui finxit, cur me finxisti ad hunc modũ? An non habet potestatẽ figulus luti, vt ex eadẽ massa fingat aliud quidem vas in honorẽ, aliud verò in ignominiã? Quod si deus volens ostendere iram, & notã facere potẽtiam suam, tulit multa animi lenitate vasa iræ, apparata in interitum, & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ, erga vasa misericordię, quę præparauerat in gloriam: quos & vocauit, nimirũ nos: nõ solum ex Iudæis, verum etiam ex gentibus: quemadmodum & Osee dicit, Vocabo populum qui meus nõ erat, populum meũ: & eam quæ dilecta non erat, dilectã: & erit in loco vbi dictũ fuerat eis, Nõ populus meus vos: ibi vocabũtur filij dei viuentis. Esaias autem clamat super Israel, Si fuerit numerus

Exod.9

Esa.45
Eccli.38
Hier.18

Osee.2
1.Pet.2

Esa.10

μὴ γένοιτο. τῷ γὰρ μωσῆ λέγει. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτειρήσω ὃν ἂν οἰκτείρω. ἄρα οὖν, οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος θεοῦ. λέγει γὰρ ἡ γραφὴ τῷ φαραῶ. ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. ἄρα οὖν ὃν θέλει ἐλεεῖ, ὃν δὲ θέλει σκληρύνει. ἐρεῖς μοι τί οὖν ἔτι μέμφεται; τῷ γὰρ βουλήματι αὐτοῦ τίς ἀνθέστηκε; μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; ἢ οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ὁ κεραμεὺς τοῦ πηλοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος ποιῆσαι, ὃ μὲν εἰς τιμὴν σκεῦος, ὃ δὲ εἰς ἀτιμίαν; εἰ δὲ θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν, καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, καὶ ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ, ἐπὶ σκεύη ἐλέους, ἃ προητοίμασεν εἰς δόξαν, οὓς καὶ ἐκάλεσεν ἡμᾶς, οὐ μόνον δὲ ἰουδαίων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐθνῶν, ὡς καὶ ἐν τῷ ὡσηὲ λέγει. καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου, καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. καὶ ἔσται ἐν τῷ τόπῳ, οὗ ἐρρέθη αὐτοῖς, οὐ λαός μου ὑμεῖς, ἐκεῖ κληθήσονται υἱοὶ θεοῦ ζῶντος. ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ ἰσραήλ. ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν

ὑῶν Ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τ̃ θαλάσσης, τὸ κατάλειμμα σωθήσεται. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τ̃ς γ̃ς. καὶ καθὼς προεῖρηκεν Ἡσαΐας. εἰ μὴ κύριος σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὡμοιώθημεν. τί οὖν ἐροῦμεν; ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνη. δικαιοσύνην δέ, τὴν ἐκ πίστεως. Ἰσραὴλ δὲ διώκων νόμον δικαιοσύνης, εἰς νόμον δικαιοσύνης οὐκ ἔφθασε. διὰ τί; ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τ̃ προσκόμματος. καθὼς γέγραπται. ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου, καὶ πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται.

numerus filiorum Israël vt arena maris, reliquiæ saluæ erunt. Sermonem enim perficiens & abbreuians cum iustitia, quoniam sermonem abbreuiatum faciet dominus in terra. Et quemadmodum prius dixit Esaias, Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, vt Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus. Quid igitur dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiam: apprehēderunt iustitiā, iustitiam autem eam quę est ex fide. Contrà, Israel, qui sectabatur legem iustitiæ, ad legem iustitię nō peruenit. Propter quid? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis. Impegerunt enim in lapidem offendiculi. Quemadmodum scriptū est, Ecce pono in Sion lapidē offendiculi, & petram offensionis: & omnis qui credit in eo, non pudefiet.

Esa. 1

Esa. 28

Ἀδελφοί, ἡ μὲν εὐδοκία τ̃ς ἐμ̃ς καρδίας, καὶ ἡ δέησις ἡ πρὸς τὸν θεὸν, ὑπ̀ρ τ̃ Ἰσραὴλ ἐσ̀ν εἰς σωτηρίαν. μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς, ὅτι ζῆλον θεοῦ ἔχουσιν, ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στ̃σαι, τ̃ δικαιοσύνῃ τ̃ θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τ̃ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος, ζήσεται ἐν

Cap. x.

Fratres, propensa quidem voluntas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad deū, pro Israel est ad salutem. Testimoniū enim illis perhibeo, quod studium dei habēt, sed non secundū scientiā: Nam ignorantes dei iustitiam, & propriam iustitiā quærentes constituere, iustitiæ dei nō fuerūt subditi. Nā perfectio legis, Christus ad iustificationē omni credenti. Moses enim scribit de iustitia, quæ est ex lege, quod qui fecerit ea homo, viuet per illa.

Leui. 18
Gal. 3

per illa. Cæterum quæ ex fide
Deut.30 est iustitia, ea sic loquitur. Ne dixeris in corde tuo, Quis ascēdet in cœlum? Hoc est Christum ex alto deducere. Aut, quis descendet in abyssum? Hoc est, Christum ex mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope te
Hiere.1 verbum est in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus: nempe si confessus fueris ore tuo dominū Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-
Esa.28 tem. Dicit enim scriptura, Omnis qui fidit illi, non pudefiet.
2.Cor.8 Non enim est distinctio vel Iu-
Ioel.2 dæi vel Græci: nam idem do-
Acto.2 minus omnium, diues in omnes inuocantes se: quisquis enim inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo autem credēt ei, de quo nō audierunt? Quomodo autē audient absque prædicante? Quomodo autem prædicabunt, nisi missi fuerint?
Esa.52 Sicut scriptum est, Quàm spe-
Naum.1 cioſi pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. At nō omnes obedierūt euāgelio.
Esa.53 Esaias enim dicit, Domine,
Ioan.12 quis credidit sermonibus nostris? Ergo fides ex auditu est: auditus autem per verbum dei.

Sed diço,

ται ἐν αὐτοῖς· ἡ δὲ ἐκ πίστεως δικαιοσύνη, οὕτως λέγει· μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ' ἔστι χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ, τίς καταβήσεται εἰς τὸν ἄβυσσον; τοῦτ' ἔστι χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν. ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμά ἐστιν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τοῦτ' ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως, ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. λέγει γὰρ ἡ γραφή· πᾶς ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ καταισχυνθήσεται. οὐ γάρ ἐστι διαστολὴ Ἰουδαίου τε καὶ Ἕλληνος· ὁ γὰρ αὐτὸς κύριος πάντων πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν· πᾶς γάρ, ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα κυρίου, σωθήσεται. πῶς οὖν ἐπικαλέσονται εἰς ὃν οὐκ ἐπίστευσαν; πῶς δὲ πιστεύσουσιν, οὗ οὐκ ἤκουσαν; πῶς δὲ ἀκούσουσι χωρὶς κηρύσσοντος; πῶς δὲ κηρύξουσιν, ἐὰν μὴ ἀποσταλῶσι; καθὼς γέγραπται· ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά. ἀλλ' οὐ πάντες ὑπήκουσαν τῷ εὐαγγελίῳ. Ἡσαΐας γὰρ λέγει· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος θεοῦ.

ἀλλὰ

ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἤκουσαν; μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. ἀλλὰ λέγω, μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ; πρῶτος Μωσῆς λέγει. ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπὶ ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ ὑμᾶς. Ἡσαΐας δὲ ἀποτολμᾷ, καὶ λέγει. εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσι. πρὸς δὲ τὸν Ἰσραὴλ λέγει. ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα καὶ ἀντιλέγοντα.

Λέγω οὖν, μὴ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ; μὴ γένοιτο. καὶ γὰρ ἐγὼ Ἰσραηλίτης εἰμί, ἐκ σπέρματος Ἀβραάμ, φυλῆς Βενιαμίν. οὐκ ἀπώσατο ὁ θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὃν προέγνω. ἢ οὐκ οἴδατε, ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή; ὡς ἐντυγχάνει τῷ θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ, Κύριε, τοὺς προφήτας σου ἀπέκτειναν, καὶ τὰ θυσιαστήριά σου κατέσκαψαν, κἀγὼ ὑπελείφθην μόνος, καὶ ζητοῦσι τὴν ψυχήν μου. ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός; κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκαμψαν γόνυ τῇ Βάαλ. οὕτως οὖν καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, λεῖμμα κατ' ἐκλογὴν χάριτος γέγονεν. εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων· ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις. εἰ δὲ ἐξ ἔργων,

Sed dico, an nō audierūt? Atqui in omnē terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terrarū verba illorū. Sed dico, nunquid nō cognouit Iſrael? prim⁹ Moſes dicit: Ego ad æmulationē vocabo vos per gētē quæ nō eſt gēs, per gentem ſtultam ad iram cō mouebo vos. Eſaias autem poſt hunc audet, ac dicit, Inuentus fui his qui me non quærebant: conſpicuus factus ſum his qui de me non interrogabant. Aduerſus Iſrael autem dicit, Toto die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Pſal. 18 Deut. 32 Eſa. 65

Dico igitur, Nū repulit deus populum ſuum? Abſit. Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abrahæ, tribus Beniamin. Non repulit deus populum ſuū, quē ante agnouerat. An neſcitis, de Elia quid dicat ſcriptura? Quomodo interpellat apud deum aduerſus Iſrael, dicens, Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua ſubruerunt, & ego relictus fui ſolus, & inſidiantur vitæ meæ. Sed quid dicit ei diuinum reſponſum? Reliqui mihi ipſi ſeptem milia virorū, qui non inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore, reliquiæ ſecundum electionem gratiæ fuerunt. Quod ſi per gratiam, non iam ex operibus: quandoquidē gratia, iam non eſt gratia. Sin ex operibus Cap. xi. 3. Reg. 19 Ibidem.

iam nõ est gratia: quandoquidé opus, iam nõ est opus. Quid igitur? Quod quęrit Israel, hoc nõ essequutus est, sed electio cõsequuta est, reliqui verò excæcati sunt, quemadmodũ scriptũ est,

Esa.6 Mat.13 Marc.4 Luc.8 Ioan.12 Acto.28 Psal.68

Dedit eis deus spiritum cõpunctionis, oculos vt nõ videant, & aures vt nõ audiant, vsq; ad hodiernum diem. Et Dauid dicit, Vertatur mẽsa illorũ in laqueũ & in captionem & in offendiculum & in retaliationẽ ipsis. Obtenebrentur oculi eorũ, vt non videant, & tergum illorũ semper incurua. Dico igitur, nũ ideo impegerũt, vt concideret? Absit. Sed per lapsum illorum salus contigit gentibus in hoc vt eos ad ęmulandum prouocaret. Quod si lapsus illorum diuitiæ sunt mundi & diminutio illorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo illorũ? Vobis enim dico gẽtibus, quatenus ego quidé sum Apostolus gentium, ministerium meũ illustro, si quo modo ad æmulandũ prouocem carnem meam, & saluos reddã nonnullos ex illis. Nam si reiectio illorum, est recõcilatio mundi, quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis? Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & cõspersio: & si radix sancta, sancti erunt & rami. Quod si nonnulli rami defracti sunt: tu verò cum esses oleaster, insitus fuisti illis, & cõsors radicis & pinguedinis

γων, οὐκ ἔτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον, οὐκ ἔτι ἐστὶν ἔργον. τί οὖν; ὃ ἐπιζητεῖ ἰσραὴλ, τοῦτο οὐκ ἐπέτυχεν· ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐπωρώθησαν, καθὼς γέγραπται· ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως, ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας· καὶ δαβὶδ λέγει· γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς θήραν, καὶ εἰς σκάνδαλον, καὶ εἰς ἀνταπόδομα αὐτοῖς· σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον. λέγω οὖν, μὴ ἔπταισαν, ἵνα πέσωσι; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τῷ αὐτῶν παραπτώματι ἡ σωτηρία τοῖς ἔθνεσιν, εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν, πόσῳ μᾶλλον τὸ πλήρωμα αὐτῶν; ὑμῖν γὰρ λέγω τοῖς ἔθνεσιν, ἐφ' ὅσον μέν εἰμι ἐγὼ ἐθνῶν ἀπόστολος, τὴν διακονίαν μου δοξάζω, εἴ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα, καὶ σώσω τινὰς ἐξ αὐτῶν. εἰ γὰρ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν καταλλαγὴ κόσμου, τίς ἡ πρόσλημψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν; εἰ δὲ ἡ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα· καὶ εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι. εἰ δέ τινες τῶν κλάδων ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ ἀγριέλαιος ὤν, ἐνεκεντρίσθης ἐν αὐτοῖς, καὶ συγκοινωνὸς τῆς ῥίζης καὶ τῆς πιότητος τῆς ἐλαίας

ελαίας ἐγένου, μὴ κατακαυχῶ τῶν κλάδων. εἰ δὲ κατακαυχᾶσαι, οὐ σὺ τὴν ῥίζαν βαστάζεις, ἀλλὰ ἡ ῥίζα σέ. ἐρεῖς οὖν, ἐξεκλάσθησαν κλάδοι, ἵνα ἐγὼ ἐγκεντρισθῶ. καλῶς· τῇ ἀπιστίᾳ ἐξεκλάσθησαν, σὺ δὲ τῇ πίστει ἕστηκας. μὴ ὑψηλοφρόνει, ἀλλὰ φοβοῦ. εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσηται. ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας, ἀποτομίαν, ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ, καὶ ἐκεῖνοι δέ, ἐὰν μὴ ἐπιμείνωσι τῇ ἀπιστίᾳ, ἐγκεντρισθήσονται. δυνατὸς γάρ ἐστιν ὁ θεὸς πάλιν ἐγκεντρίσαι αὐτούς. εἰ γὰρ σὺ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐξεκόπης ἀγριελαίου, καὶ παρὰ φύσιν ἐνεκεντρίσθης εἰς καλλιέλαιον, πόσῳ μᾶλλον οὗτοι κατὰ φύσιν ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ; οὐ γὰρ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί τὸ μυστήριον τοῦτο, ἵνα μὴ ἦτε παρ' ἑαυτοῖς φρόνιμοι, ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ γέγονεν, ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ οὕτως πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται, καθὼς γέγραπται. ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ. καὶ αὕτη αὐτοῖς ἡ παρ' ἐμοῦ διαθήκη, ὅταν ἀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. κατὰ μὲν τὸ εὐαγγέλιον, ἐχθροὶ δι' ὑμᾶς, κατὰ δὲ τὴν ἐκλογὴν ἀγαπητοὶ διὰ τοὺς

pinguetudinis oleę factus es, ne glorieris aduersus ramos: quod si gloriaris, non tu radicē portas, sed radix te. Dices igitur, defracti sunt rami, vt ego inserer. Bene dicis. per incredulitatem defracti sunt, tu verò fide constitisti. Ne efferaris animo, sed timeas. Nam si deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne qua fiat, vt nec tibi parcat. Vide igitur bonitatem ac seueritatem dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem, in te verò bonitatē, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris, & illi rursum, si non permanserint in incredulitate, inserentur. Potest enim deus denuo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & præter naturā insitus es in veram oleam, quāto magis hi qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ? Non enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc, vt ne sitis apud vosmetipsos elati animo, quòd excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentium aduenerit, & sic totus Israel saluus erit sicut scriptum est: Aduenier ex Sion ille qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, quum abstulero peccata ipsorum. Secundū euangelium quidem, inimici propter vos, secūdum electionē autē dilecti pro-

Esa. 59

pter patres. Nam dona quidem & vocatio dei eiusmodi sunt, vt eorum illū pœnitere nō possit. quēadmodum enī & vos quondam increduli fuistis deo, nunc autem misericordiā estis consequuti per illorū incredulitatē: sic & isti nunc increduli facti sunt, ex eo quod vos misericordiā estis adepti, vt & ipsi misericordiā consequātur. Conclusit enim deus oēs sub incredulitatē, vt omniū misereretur. O profunditatē diuitiarū & sapientiæ & cognitiōis dei, quā inscrutabilia sūt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Quis enī cognouit mentē domini? aut quis illi fuit à cōsiliis? aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniā ex illo & per illū & in illū oīa. Ipsi gloria in secula amen.

Sapiē. 17
Ibidē. 9.
Esa. 40
1. Cor. 2
Rom. 15

Obsecro igitur vos fratres, per miserationes dei, vt præbeatis corpora vestra hostiā viuētem, sanctam, acceptam deo rationalem cultum vestrum: & ne accōmodetis vos ad figurā seculi huius, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, vt probetis quæ sit voluntas dei, quod bonū est acceptūque & perfectū. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire: sed ita sentiat, vt modestus sit & sobrius, vt cuiq; deus partitus est mensurā

Ca. xii.
Philip. 4
Ephe. 5
1. The. 4

τοὺς πατέρας. ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα, καὶ ἡ κλῆσις τοῦ θεοῦ. ὥσπερ γὰρ καὶ ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε τῷ θεῷ, νῦν δὲ ἠλεήθητε τῇ τούτων ἀπειθείᾳ, οὕτως καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο; ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς ἀδελφοί, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. καὶ μὴ συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς, τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθὸν, καὶ εὐάρεστον, καὶ τέλειον. λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος, τῆς δοθείσης μοι, παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἑνὶ κάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως. καθάπερ γὰρ ἐν ἑνὶ σώματι

σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν, οὕτως οἱ πολλοὶ ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθεὶς, ἀλλήλων μέλη. ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα, εἴτε προφητείαν κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, εἴτε διακονίαν ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, εἴτε ὁ παρακαλῶν ἐν τῇ παρακλήσει, ὁ μεταδιδοὺς ἐν ἁπλότητι, ὁ προϊστάμενος ἐν σπουδῇ, ὁ ἐλεῶν ἐν ἱλαρότητι. ἡ ἀγάπη ἀνυπόκριτος, ἀποστυγοῦντες τὸ πονηρὸν, κολλώμενοι τῷ ἀγαθῷ, τῇ φιλαδελφίᾳ εἰς ἀλλήλους φιλόστοργοι, τῇ τιμῇ ἀλλήλους προηγούμενοι, τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροὶ, τῷ πνεύματι ζέοντες, τῷ καιρῷ δουλεύοντες, τῇ ἐλπίδι χαίροντες, τῇ θλίψει ὑπομένοντες, τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντες, ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες, τὴν φιλοξενίαν διώκοντες. εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς, εὐλογεῖτε, καὶ μὴ καταρᾶσθε. χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων, τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες, μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες. προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. εἰ δυνατὸν, τὸ ἐξ

mensurâ fidei. Quẽadmodũ enim in vno corpore mẽbra multa habemus, mẽbra verò, omnia nõ eundem habẽt actũ: sic multi vnũ corpus sum⁹ in Christo, singulatim aũt alij aliorũ membra, sed tamẽ habentes dona iuxta gratiã datã nobis varia, siue prophetiã iuxta portionẽ fidei, siue ministeriũ in administratiõe, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate, qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate. Dilectio sit nõ simulata, fugientes odio, prosequẽtes quod malũ est, adhærentes ei quod bonũ est, per fraternam charitatẽ, ad mutuo vos diligẽdos propẽsi, honore alius alium præueniẽtes, studio nõ pigri, spirituferuẽtes, tẽpori seruientes, spe gaudẽtes, in afflictiõe patientes, precationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes. Bene loquamini de iis quivos insectantur, bene loquamini, inquam, & ne male precemini. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus eodem animo alij in alios affecti, non arrogãter de vobisipsis sentientes, sed humilibusvos accõmodantes. Ne sitis arrogantes apud vosmetipsos, neq; cuiquã malum pro malo reddatis. Proinde parantes honesta in cõspectu omnium hominũ: si fieri po-

1. Cor. 12 Ephe. 4

Amos. 5 Ephe. 4 1. Pet. 2. 5

Heb. 13

Mat. 5 Luc. 6

Prouer. 3 Esa. 5

Prou. 20 1. Pet. 3 2. Cor. 8

Exo.20 test, quantum in vobis est, cū omnibus hominibus in pace viuentes, non vosmetipsos vlciscentes dilecti, quin potius date
Deut.31 locum iræ scriptum est enim: Mihi vltio: ego rependam, dicit
Heb.10 dominus. Si igitur esurit inimicus tuus, pasce illum: si sitit da illi potum. Hoc enim si feceris,
Prou.25 carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne vincaris à malo, imò vince bono malum.

Ca.xiii Omnis anima potestatibus su
1.Pet.2 pereminētibus subdita sit. Non
Sap.6 enī est potestas nisi à deo: quæ vero sunt potestates, à deo ordinatę sunt: itaque quisquis resistit potestati, dei ordinatiōi resistit: qui aūt restiterint, sibiipsis iudicium accipient: nā principes non terrori sunt bene agentibus, sed male. Vis autē non timere potestatē? Quod bonū est facito, & feres laudem ab illa: dei enim minister est tibi in bonū. Quod si feceris id quod malum est, time. nō enī frustra gladium gestat: nā dei minister est, vltor ad īrā, ei qui quod malū est fecerit. Quapropter oportet esse subditos, nō solum propter īrā, verum etiā propter conscięciam. Propter hoc enī & vectigalia soluitis: siquidem ministri dei sunt, in hoc ipsum incūbentes. Reddite igituromnib⁹ quod
Mat.21 debetur: cui tributū, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorē, timorē: cui honorē, honorē.

Nemini

τὸ ἀφ ὑμῶν μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες ἀγαπητοί, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ· γέγραπται γάρ· ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος· ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν· τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν.

πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι, ὑπὸ θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. ὥστε ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν· οἱ δὲ ἀνθεστηκότες, ἑαυτοῖς κρῖμα λήψονται· οἱ γὰρ ἄρχοντες οὐκ εἰσὶ φόβος τῷ ἀγαθῷ ἔργῳ, ἀλλὰ τῷ κακῷ. θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν; τὸ ἀγαθὸν ποίει, καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν. ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φόβου· οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· θεοῦ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. διὸ ἀνάγκη ὑποτάσσεσθαι, οὐ μόνον διὰ τὴν ὀργήν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συνείδησιν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ φόρους τελεῖτε· λειτουργοὶ γὰρ θεοῦ εἰσιν, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες. ἀπόδοτε οὖν πᾶσι τὰς ὀφειλάς· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· τῷ τὸ τέλος, τὸ τέλος· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὴν τιμήν, τὴν τιμήν.

μηδενὶ

μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκεν. τὸ γάρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις, καὶ εἴ τις ἑτέρα ἐντολή, ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, ἐν τῷ, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν. ἡ ἀγάπη τῷ πλησίον κακὸν οὐκ ἐργάζεται. πλήρωμα οὖν νόμου, ἡ ἀγάπη. καὶ τοῦτο εἰδότες, τὸν καιρόν, ὅτι ὥρα, ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, μὴ κώμοις καὶ μέθαις, μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις, μὴ ἔριδι καὶ ζήλῳ, ἀλλ' ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας.

Τὸν δὲ ἀσθενοῦντα τῇ πίστει, προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν. ὁ μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὁ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει. ὁ ἐσθίων, τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω. καὶ ὁ μὴ ἐσθίων, τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. ὁ θεὸς γὰρ αὐτὸν προσελάβετο. σὺ τίς εἶ, ὁ κρίνων ἀλλότριον οἰκέτην; τῷ ἰδίῳ κυρίῳ στήκει ἢ πίπτει. σταθήσε-

Nemini quicquã debeatis, niſi hoc, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterũ, legem expleuit. Siquidem illa. Non mœchaberis: non occides: non furaberis: non falſum teſtimonium dices: nõ cõcupiſces: & ſi quod aliud præceptũ, in hoc ſermone ſummatim cõprehẽditur: nẽpe: Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Dilectio proximo malum nõ operatur. Cõſummatio itaq; legis, eſt dilectio. Præſertim quũ ſciamus tempus, quod tempeſtiuũ ſit: nos iam à ſomno expergiſci. Nunc enim propius adeſt nobis ſalus, quàm tum cũ credebamus. Nox progreſſa eſt, dies aũt appropinquat. Abiicia mus igitur opera tenebrarũ, & induamur arma lucis: tanquam in die cõpoſitè ambulemus, nõ comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac laſciuiis, non contentione & ęmulatiõe, ſed induamini dominũ Ieſum Chriſtum: & carnis curam ne agatis ad concupiſcentias.

Deut. 5.
Leuit. 19
Matt. 22
Gal. 5.
Iacob. 2.
Luc. 21.

Porrò eũ qui infirmatur ſide aſſumite, non ad diiudicationes diſceptationũ. Alius quidẽ credit veſcendum eſſe quibuſlibet. Alius aũt qui infirmus eſt, holeribus veſcitur. Qui veſcitur, nõ veſcentem ne deſpiciat. Et qui nõ veſcitur, veſcẽtẽ ne iudicet. Deus enim illum aſſumpſit. Tu quis es, qui iudicas de alieno famulo? Proprio domino ſtat aut

Ca. XIIII

Iacob. 4.

cadit, imò fulcietur vt ſtet. Potens enī eſt deus efficere vt ſtet. Hic quidē iudicat, diem ad diē conferens: ille autem idē iudicat de quouis die. Vnicuiq; ſua mēs ſatis faciat. Qui curat diē, domino curat. Et qui non curat diē, dño nō curat. Qui veſcitur, dño veſcitur, gratias enī agit deo: & qui nō veſcitur, domino non veſcitur, & gratias agit Deo. Nullus enim noſtrum ſibiipſi viuit, & nullus ſibiipſi moritur. Nam ſiue viuimus, domino viuimus: ſiue morimur, domino morimur. Siue igitur viuamus, ſiue moriamur, domini ſumus. In hoc enim Chriſtus & mortuus eſt, & reſurrexit, & reuixit, vt mortuis ac viuentibus
Iacob. 4. dominetur. Tu verò quur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu, cur deſpicis fratrem tuum? Omnes enī ſtatuemur apud tribunal Chriſti. Scriptum eſt
Eſa. 45. enim, Viuo ego, dicit domi-
Philip. 2 nus. Mihi ſeſe flectet omne ge-
2. Cor. 2. nu, & omnis lingua confitebitur deo. Igitur vnuſquiſque noſtrūm de ſeipſo ratione reddet deo. Ne poſthac igitur alius alium iudicemus: verum illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapſus occaſio. Noui ſiquidem, & perſuaſum habeo per dominū Ieſum, nihil eſſe commune per ſe, niſi ei qui exiſtimat aliquid eſſe cō mune, illi commune eſt. Verum ſi pro-

rum, qui nō sum idoneus vt dicar apostolus, ꝓpterea ꝙ persequutus sim ecclesiā dei, sed gratia dei sum id ꝙ sum. Et gratia eiꝰ quę ꝓfecta est in me nō fuit inanis, sed copiosius q̄ illi omnes laboraui: nō ego tamen, sed gratia dei quæ mihi adest. Siue igitur ego: siue illi, sic prędicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicūt qui dam inter vos nō esse resurrectionem mortuorū? Porrò si resurrectio mortuorū non est, ne Christꝰ quidē resurrexit. Quod si Christus nō resurrexit, inanis videlicet est prædicatio nostra: inanis autē est & fides vestra. Reperimur autē & falsi testes dei, quoniā testificati sumus de deo, quòd excitauerit Christū, quem nō excitauit, si videlicet mortui nō resurgunt. Etenim si mortui non resurgunt, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, superuacanea est fides vestra: adhuc estis in peccatis vestris. Igitur & qui obdormierunt in Christo, perierunt. Si in vita hac spem in Christo tantum fixam habemus, maxime miserabiles omniū hominū sumus.

Nunc autē Christus surrexit ex mortuis, primitiæ eorū qui dormierant, fuit. Postquam enim per hominem mors, etiā per hominem resurrectio mortuorū. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes viuificabuntur: vnusquisque autem in proprio ordine, primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi in aduentu ipsius: mox finis, quum tradiderit regnum deo & patri quum aboleuerit omnem principatum & omnem potestatem ac virtutem: nam oportet eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos. Nouissimus hostis aboletur mors. Nam omnia subiecit sub pedes illius. Atqui quum dicat, quod omnia subiecta sint, palàm est, excipiendum eum qui subiecit illi omnia. Quum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiicietur ei qui illi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Alioqui quid facient ij qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Cur & baptizantur pro mortuis? Quid & nos periclitamur omni tempore? Indies morior per nostram gloriationem, quā habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secūdum hominē cum bestiis depugnaui Ephesi, quæ mihi vtilitas, si mor-

Psal.109

Heb.2

νωὶ δὲ χριστὸς ἐγήγερται ἀπὸ νεκρῶν, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων ἐγένετο. ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, ἀπαρχὴ χριστὸς, ἔπειτα οἱ τοῦ χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. εἶτα τὸ τέλος, ὅτ' ἂν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, ὅτ' ἂν καταργήσῃ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ πᾶσαν ἐξουσίαν, καὶ δύναμιν. δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. ὅτ' ἂν δὲ εἴπῃ, ὅτι πάντα ὑποτέτακται, δηλονότι, ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. ὅτ' ἂν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; τί καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πᾶσαν ὥραν; καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, ἣν ἔχω ἐν χριστῷ ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος; εἰ νεκροὶ

εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. μὴ πλανᾶσθε. φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. ἀγνωσίαν γὰρ θεοῦ τινες ἔχουσι. πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. ἀλλ' ἐρεῖ τις. πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποίῳ δὲ σώματι ἔρχονται; ἄφρων. σὺ ὃ σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. καὶ ὃ σπείρεις, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι, σίτου, ἢ τινος τῶν λοιπῶν. ὁ δὲ θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε, καὶ ἑκάστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. οὐ πᾶσα σὰρξ, ἡ αὐτὴ σὰρξ, ἀλλὰ ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν, ἄλλη δὲ ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν. καὶ σώματα ἐπουράνια, καὶ σώματα ἐπίγεια. ἀλλ' ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων. ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. οὕτως καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ. σπείρεται ἐν ἀσθενείᾳ, ἐγείρεται ἐν δυνάμει. σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν.

οὕτως

si mortui nō resurgunt? Edamus & bibamus, cras enim morimur. Ne decipiamini. Mores bonos colloquia corrūpunt mala. Expergiscimini iustè, & ne peccetis, nam ignorationē dei nonnulli habent. ad pudorem vobis loquor. At dicet aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Stulte. Tu quod seminas, nō viuificatur, nisi mortuum fuerit. Et hoc quod seminas, nō corpus quod nascetur, seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alicuius ex cæteris. Sed deus illi dat corpus vt voluit, & vnicuique seminum suū corpus. Nō omnis caro, eadem caro, sed alia quidem caro hominum, alia verò caro pecorum alia verò piscium, alia verò volucrium. Et sunt corpora cœlestia & sunt corpora terrestria. Verum alia quidem cœlestium gloria, alia verò terrestrium: alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella siquidem à stella differt in gloria. Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia, seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Est corpus animale, & est corpus spirituale,

Sap. 2. Esa. 22.

quemadmodũ & ſcriptum eſt:
Gen.2 Factus eſt primus homo Adam in animã viuentem, extremus Adam in ſpiritum viuificantẽ. At nõ primũ, quod ſpirituale, ſed ꝙ animale, deinde qđ ſpũale. Primus homo de terra, terrenus: ſecũdus homo, ipſe dominus de cœlo. Qualis terrenus ille, tales & hi qui terreni ſunt: & qualis ille cœleſtis, tales & ij qui cœleſtes ſunt. Et quemadmodũ geſtauimus imaginẽ terreni, geſtabimus & imaginem cœleſtis. Hoc autem dico fratres, quod caro & ſanguis regni dei hæreditatẽ conſequi nõ poſſunt. Neq; corruptio incorruptibilitatis hæreditatẽ accipit. Ecce myſteriũ vobis dico. Nõ omnes quidẽ dormiemus, omnes tamẽ immutabimur, in pũcto temporis, in momento oculi, per extremã tubam. Canet enim, & mortui reſurgent incorruptibiles, & nos ĩmutabimur: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autẽ corruptibile hoc induerit incorruptibilitatẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet ſermo qui ſcript' eſt: Abſorpta eſt mors in
Oſee.13 victoriam. Vbi tuus mors aculeus?
Heb.2 vbi tua inferne victoria? Aculeus autem mortis, peccatum: potentia verò peccati,
1.Ioan.5 lex. Sed deo gratia, qui dedit nobis

οὕτως καὶ γέγραπται. ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ ἔσχατος ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν. ἀλλ' οὐ πρῶτον τὸ πνευματικὸν, ἀλλὰ τὸ ψυχικὸν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν. ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός. ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. οἷος ὁ χοϊκὸς, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί. καὶ οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι. καὶ καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, φορέσομεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. τοῦτο δέ φημι ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν θεοῦ κληρονομῆσαι οὐ δύανται. οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ. ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα. πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι. σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα. δεῖ γὰρ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσηται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος. ποῦ σου θάνατε τὸ κέντρον; ποῦ σου ᾅδη τὸ νῖκος; τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἁμαρτία. ἡ δὲ δύναμις τῆς ἁμαρτίας, ὁ νόμος. τῷ δὲ θεῷ χάρις, τῷ διδόντι ἡμῖν

τι ἡμῖν τὸ νῖκος, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χρισοῦ. ὥς τε ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἑδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι, περισσεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ κυρίου πάντοτε, εἰδότες, ὅτι ὁ κόπος ὑμῶν οὐκ ἔστι κενὸς ἐν κυρίῳ.

nobis victoriam, per dominum nostrum IESVM CHRISTVM. Itaque fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundãtes in opere domini semper, cum sciatis quod labor vester non est inanis in domino.

περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, ὥσπερ διέταξα ταῖς ἐκκλησίαις τῆς γαλατίας, οὕτως καὶ ὑμεῖς ποιήσατε. κατὰ μίαν σαββάτων, ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὅ, τι ἂν εὐοδῶται, ἵνα μὴ ὅτ' ἂν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωνται. ὅτ' ἂν δὲ παραγένωμαι, οὓς ἐὰν δοκιμάζητε δι' ἐπιστολῶν, τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς ἰερουσαλήμ. ἐὰν δὲ ᾖ ἄξιον τοῦ κἀμὲ πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύσονται. ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅτ' ἂν μακεδονίαν διέλθω. μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι. πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν παραμενῶ, ἢ καὶ παραχειμάσω, ἵνα ὑμεῖς με προπέμψητε, οὗ ἐὰν πορεύωμαι. οὐ θέλω γὰρ ὑμᾶς ἄρτι ἐν παρόδῳ ἰδεῖν, ἐλπίζω δὲ χρόνον τινὰ ἐπιμεῖναι πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ κύριος ἐπιτρέπῃ. ἐπιμενῶ δὲ ἐν ἐφέσῳ ἕως τῆς πεντηκοστῆς. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε μεγάλη, καὶ ἐνεργὴς, καὶ ἀντικείμενοι πολλοί. ἐὰν δὲ ἔλθῃ τιμόθεος, βλέπετε ἵνα ἀφόβως γένηται πρὸς

Cæterum de collatione in sanctos, quemadmodum ordinaui ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. In vna sabbatorum vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit: ne cum venero, tunc collationes fiant. Vbi venero autem, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam vt perferant munificentiam vestram Hierosolymam. Quod si fuerit operæprecium vt & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam autem ad vos, quum Macedoniam transiero. Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud vos autem forte permanebo, aut etiam hybernabo, vt vos me deducatis quocunque proficiscar. Nolo enim vos nunc in transcursu videre, sed spero tempus aliquantum mansurum me apud vos, si dominus permiserit. Commorabor autem Ephesi vsque ad diem quinquagesimum. Nam ostium mihi apertum est magnum & efficax, & aduersarij multi. Quod

Cã. XVI

si venerit Timotheus, videte vt absque metu sit apud vos: opus enim domini operatur, quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cũ pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Porrò de Apollo fratre: Multum hortatus sum illum, vt iret ad vos cum fratribus, & omnino non erat voluntas nunc eundi. Venturus est autem, quum opportunitatem erit nactus. Vigilate, state in fide, viriliter agite, estote fortes. Omnia vobis cum charitate fiant. Obsecro autem vos fratres, nostis familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & quod in ministerium sanctis ordinarunt seipsos, vt & vos subditi sitis talibus, & omni adiuuanti & laboranti. Gaudeo verò de aduentu Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam id quod mihi deerat vestri, hi suppleuerunt: refocillauerunt enim spiritum meum ac vestrum: agnoscite itaque huiusmodi. Salutant vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo est ipsorum ecclesia. Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicem osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non diligit dominum IESVM CHRISTVM,

πρὸς ὑμᾶς. τὸ γὰρ ἔργον κυρίου ἐργάζεται, ὡς καὶ ἐγώ. μή τις οὖν αὐτὸν ἐξουθενήσῃ, προπέμψατε δὲ αὐτὸν ἐν εἰρήνῃ, ἵνα ἔλθῃ πρός με. ἐκδέχομαι γὰρ αὐτὸν μετὰ τῶν ἀδελφῶν. περὶ δὲ ἀπολλῶ τοῦ ἀδελφοῦ, πολλὰ παρεκάλεσα αὐτόν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς μετὰ τῶν ἀδελφῶν. καὶ πάντως οὐκ ἦν θέλημα, ἵνα νῦν ἔλθῃ. ἐλεύσεται δὲ, ὅτ' ἂν εὐκαιρήσῃ. γρηγορεῖτε. στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. πάντα ὑμῶν ἐν ἀγάπῃ γινέσθω. παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς ἀδελφοὶ, οἴδατε τὴν οἰκίαν στεφανᾶ, ὅτι ἐστὶν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας, καὶ εἰς διακονίαν τοῖς ἁγίοις ἔταξαν ἑαυτούς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ὑποτάσσησθε τοῖς τοιούτοις, καὶ παντὶ τῷ συνεργοῦντι καὶ κοπιῶντι. χαίρω δὲ ἐπὶ τῇ παρουσίᾳ στεφανᾶ, καὶ φουρτουνάτου, καὶ Ἀχαϊκοῦ, ὅτι τὸ ὑμῶν ὑστέρημα οὗτοι ἀνεπλήρωσαν. ἀνέπαυσαν γὰρ τὸ ἐμὸν πνεῦμα, καὶ τὸ ὑμῶν. ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς τοιούτους. ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τῆς Ἀσίας. ἀσπάζονται ὑμᾶς ἐν κυρίῳ πολλὰ Ἀκύλας, καὶ Πρίσκιλλα, σὺν τῇ κατ' οἶκον αὐτῶν ἐκκλησίᾳ. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀδελφοὶ πάντες. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου. εἴτις οὐ φιλεῖ

φιλεῖ τὸν κύριον ἰησοῦν χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα, μαραναθά. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ μεθ' ὑμῶν. ἡ ἀγάπη μου μετὰ πάντων ὑμῶν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, ἀμήν.

STVM, sit anathema, maranatha. Gratia domini IESV CHRISTI sit vobiscum. Dilectio mea cum omnibus vobis in CHRISTO IESV, Amen.

πρὸς κορινθίους πρώτη, ἐγράφη ἀπὸ φιλίππων διὰ στεφανᾶ καὶ φορτουνάτου καὶ ἀχαϊκοῦ καὶ τιμοθέου.

Ad Corinthios prior, Missa fuit è Philippis per Stephanã & Fortunatũ & Achaicum & Timotheum.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS SE-cundam, Argumentum per D. Erasmum Roterodamum.

PRimum reddit causas Corinthiis, quare non reuiserit illos, quē ad modum pollicitus est epistola superiore, prius quædam præfatus de suis afflictionibus, quas ob Euangelium Christi perpetiebatur, ostendens in tantis malis deum sibi fuisse solatio. Mox reconciliat Corinthiis eum, quem superiore epistola iusserat tradi satanæ, ut amanter reciperent castigatum, quem peccantem eiecerant. Hæc ferme capite primo ac secundo. Deinde prædicat studium suum in Euangelio prædicando, obiter taxans ac notans cæteros pseudoapostolos, qui suo seruientes quæstui, suæ studentes gloriæ, nusquam non pellicebant ad legem Mosaicā, quam Christo sic conabantur admiscere, quasi sine huius accessione non esset spes salutis. Itaque umbris legis Mosaicæ præfert Euangelii lucem, subinde adhortans illos non ad ceremonias legis, sed ad conscientiam uitamq; Christo dignā. Testans interim qua synceritate prædicauerit Euangelium Christi, quantumq; malorū eius gratia perpessus sit spe præmii cœlestis. Ad hæc indicat quibus in rebus sita sit potissimū Christiana pietas. Hæc tractātur in calce capitis secūdi, capite tertio, quarto, quinto, & principio sexti. Nā reliqua huius capitis parte, simulq; initio proximi hortatur illos, ut agnoscentes dignitatem & sanctitatem suæ professiōis, modis omnibus abstineant ab inquinamentis ethnicorum, cum quibus nihil esset illis commune. Quarto loco lenit superioris reprehensionis acerbitatem, collaudans illorum obedientiam, quod epistolæ suæ, licet obiurgatrici, per omnia paruissent: gratulaturq; quod is mœror tēporarius summū gaudiū utrisq; pepererit, uelut cum ex amaro pharmaco consequitur gratissima sanitas. Quinto loco cum exemplo Macedonum, tum uariis argumentis, ac scripturarum testimoniis prouocat ut pro sua quisq; facultate, proq; animi propensione conferat aliquid in subsidium sanctorum, qui Hierosolymis agebant, memor hoc sibi mādatum à Petro, ad hoc negocii misso Tito cum altero collega, ut plerisq; putant, Luca, quos commendat Corinthiis. Hæc agit capite octauo & nono. Sexto, quos ante taxauit oblique, palā insectatur pseudoapostolos, qui fastu ac supercilio dignitatem ac maiestatem apostolicam præseferebant, Paulum in contemptum uocantes, uelut humilē, ut qui cerdonicam exercuerit, uelut imperitum & infantē, ad hæc toties cæsum ac uexatum iniuriis. Aduersus hos autoritatem suam asserit apud Corinthios, testans nusquam sibi deesse autoritatem ac potestatē apostolicam, sed quam nolit uti grauandis aliis, quēmadmodum cæteri, sed tantum ad commodum

suorum,

suorum, & Christi gloriam. Deinde præfatus ueniam stultitiæ, quod de se gloriosius quædam dicere cogeretur, primum æquat se summis apostolis: deinde præfert etiã, idq; multis nominibus, uel quod latius sparserit Euangelii doctrinam, uel quod unus gratuito eam tradiderit, neq; per se, neq; per suos grauans Achaicos: uel quòd plura perpessus sit Euangelii causa, quàm illorum quisquam, ea sibi gloriæ uertens, ob quæ quibusdã uidebatur contemptior. Porrò sermonis imperitiam agnoscens, modestiæ causa, rerũ scientiam sibi uindicat, ne quid uel hic desiderent. Postremo, quoniam pseudoapostoli fictis angelorũ uisionibus, sese uenditabant apud simplices, Paulus uerã & insignẽ adducit uisionem, se raptum in tertium usq; cœlũ, atq; illic edoctũ quæ captũ hominũ excedãt. Hæc ferè capite decimo, undecimo & duodecimo. Septimo, ne per pseudoapostolos relaberentur in pristina uitia, testatur sibi in animo esse, inuisere illos, cum autoritate interminãs, ne tales eos offendat, ut sui dissimilis esse cogatur, aut ne sicut epistola sæuire coactus est, ita præsens quoq; sæuire cogatur, quod antehac non fecerit, cum suo iure potuisset. Hæc agit in calce capitis duodecimi, & cap. 13. Græcorum inscriptiones testantur hanc epistolam missam è Philippis per Titum & Lucam. Cæterum argumenta quæ nullo autore, sed cõmoda breuitate habentur in Latinis codicibus, testantur per eosdem missam è Troade. Nam huius loci meminit capite secundo.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS SECUNDA.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α

CAPVT I.

PAulus apostolus Iesu Christi per voluntatem dei, ac Timotheus frater, congregationi Dei quæ est Corinthi, vnà cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia: Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarũ, & Deus omnis consolationis, cõsolans nos in omni afflictione nostra, in hoc vt possimus consolari eos qui sunt in quauis afflictione per consolationem, qua nosipsos consolatur Deus. Quoniam sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra. Siue autem affligimur, id fit pro vestri consolatione ac salute, quæ operatur in tolerantia earundẽ afflictionum, quas & nos patimur: siue consolationem accipimus pro vestri consolatione ac salute. Spes etiam nostra firma est pro vobis, cum sciamus quod quem admodum participes estis afflictionum, sic futuri sitis & consolationis. Non enim volumus

Galat. 1
Ephe. 1
1. Petri. 1

Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ χριστοῦ διὰ θελήματος θεοῦ, καὶ Τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, τῇ οὔσῃ ἐν Κορίνθῳ, σὺν τοῖς ἁγίοις πᾶσι, τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ. εὐλογητὸς ὁ θεὸς, καὶ πατὴρ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει διὰ τῆς παρακλήσεως, ἧς παρακαλούμεθα αὐτοὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ. ὅτι καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ χριστοῦ εἰς ἡμᾶς, οὕτως διὰ χριστοῦ περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν. εἴτε δὲ θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν, εἰδότες, ὅτι ὡσαύτως κοινωνοί ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτως καὶ τῆς παρακλήσεως. οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς

ὑμᾶς ἀγνοεῖν ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς θλίψεως ἡμῶν, τῆς γενομένης ἐν τῇ ἀσίᾳ, ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐβαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν, ὥστε ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν. ἀλλὰ αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχήκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς, ὃς ἐκ τηλικούτου θανάτου ἐρρύσατο ἡμᾶς, καὶ ῥύεται. εἰς ὃν ἠλπίκαμεν, ὅτι καὶ ἔτι ῥύσεται, συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων, τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστίν, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἁπλότητι καὶ εἰλικρινείᾳ θεοῦ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ, περισσοτέρως δὲ πρὸς ὑμᾶς. οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. ἐλπίζω δὲ, ὅτι καὶ ἕως τέλους ἐπιγνώσεσθε, καθὼς καὶ ἐπέγνωτε ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἰησοῦ. καὶ ταύτῃ τῇ πεποιθήσει ἐβουλόμην πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν πρότερον, ἵνα δευτέραν χαρὰν σχῆτε, καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν ἰουδαίαν. τοῦτο οὖν βουλευόμενος, μή τι

mus vos ignorare fratres, de afflictione nostra quæ nobis accidit in Asia, quoniã supra modũ grauati fuimus supra vires, adeò vt desperauerimus etiam de vita. Quin ipsi in nobisipsis, sententiã mortis acceperamus, ne confideremus in nobisipsis, sed in deo, qui ad vitam suscitat mortuos, qui ex tanta morte eripuit nos, & eripit, in quo spem fixam habemus, quod etiã post hac erepturus sit, simul adiuuantibus & vobis, per deprecationem pro nobis, vt ex multis personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agantur pro nobis: nam gloriatio nostra hæc est, testimoniũ conscientię nostræ: quod cũ simplicitate & synceritate dei, nõ sapiẽtia carnali, sed per gratiã dei conuersati fuerimus in mundo, abundantius autem erga vos. Non enim alia scribimus vobis, q̃ quæ legitis aut etiam agnoscitis. Spero autem quod vsq; ad finem quoq; agnoscetis, quemadmodum & agnouistis nos ex parte, quoniã gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra, in die domini Iesu. Et hac fiducia volebam ad vos venire prius, vt geminam apud vos inirem gratiã, & per vos pertransire in Macedoniam, & rursum à Macedonia venire ad vos, ac à vobis deduci in Iudæam. Hoc igitur cum in animo versarem,

nuncubi

nuncubi leuitate ſum vſus? aut nũ quę cogito, ſecundũ carnem cogito? Vt ſit apud me quod eſt Matth. 5 Iacobi. 5. etiam, etiam, & quod eſt, non, non. Imo fidelis deus quod ſermo noſter erga vos, nõ fuit etiã & non. Nam Dei filius Ieſus Chriſtus, qui inter vos per nos prædicatus eſt, per me & Syluanum ac Timotheum, nõ fuit etiam & non, ſed etiam per ipſum fuit. Quotquot enim ſunt promiſſiones dei, per ipſum ſunt etiam, & per ipſum amen, Deo ad gloriam per nos. Porrò qui cõfirmat nos vnà vobiſcum in Chriſtũ, & qui vnxit nos, deus eſt, qui etiam obſignauit nos, de ditq; arram ſpiritus in cordib' noſtris. Ego vero teſtem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, nondum venerim Corinthũ, nõ quod dominemur vobis nomine fidei, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri, nam fide ſtatis.

Cap. 11. Sed decreui apud memetipſum hoc, non iterum cũ dolore ad vos venire. Nam ſi ego mœrore vos afficiam, & quis eſt qui exhilaret me, niſi is qui mœrore afficitur ex me? Et ſcripſi vobis hoc ipſum, ne ſi veniſſem ad vos, dolorẽ caperẽ ex his, ex quibus oportebat me capere voluptatem, fiduciã hanc habens erga vos omnes, quod meũ gaudium omniũ veſtrum ſit. Nam ex multa afflictione & anxieta

τῃ

μή τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην; ἢ ἃ βουλεύομαι, κατὰ σάρκα βουλεύομαι; ἵνα ᾖ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ. πιστὸς δὲ ὁ θεὸς, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο ναὶ, καὶ οὔ. ὁ γὰρ τοῦ θεοῦ υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ἐν ὑμῖν διʼ ἡμῶν κηρυχθεὶς, διʼ ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο ναὶ καὶ οὔ, ἀλλὰ ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονεν. ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι θεοῦ ἐν αὐτῷ τὸ ναί, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν, τῷ θεῷ πρὸς δόξαν διʼ ἡμῶν. ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, θεὸς, ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. ἐγὼ δὲ μάρτυρα τὸν θεὸν ἐπικαλοῦμαι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὅτι φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον. οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. τῇ γὰρ πίστει ἑστήκατε.

Ἔκρινα δὲ ἐμαυτῷ τοῦτο, τὸ μὴ πάλιν ἐλθεῖν ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς. εἰ γὰρ ἐγὼ λυπῶ ὑμᾶς, καὶ τίς ἐστιν ὁ εὐφραίνων με, εἰ μὴ ὁ λυπούμενος ἐξ ἐμοῦ; καὶ ἔγραψα ὑμῖν τοῦτο αὐτό, ἵνα μὴ ἐλθὼν λύπην σχῶ, ἀφʼ ὧν ἔδει με χαίρειν· πεποιθὼς ἐπὶ πάντας ὑμᾶς, ὅτι ἡ ἐμὴ χαρὰ πάντων ὑμῶν ἐστίν. ἐκ γὰρ πολλῆς θλίψεως, καὶ συνοχῆς καρδίας

ἔγραψα

ἔγραψα ὑμῖν, διὰ πολλῶν δακρύων, οὐχ ἵνα λυπηθῆτε, ἀλλὰ τὴν ἀγάπην ἵνα γνῶτε, ἣν ἔχω περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς. εἰ δέ τις λελύπηκεν, οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν, ἀλλ' ἀπὸ μέρους, ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς. ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία αὕτη, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων. ὥστε τοὐναντίον μᾶλλον ὑμᾶς χαρίσασθαι, καὶ παρακαλέσαι, μή πως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος. διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς, κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ ἔγραψα, ἵνα γνῶ τὴν δοκιμὴν ὑμῶν, εἰ εἰς πάντα ὑπήκοοί ἐστε. ᾧ δέ τι χαρίζεσθε, κἀγὼ. καὶ γὰρ ἐγὼ εἴ τι κεχάρισμαι ᾧ κεχάρισμαι, δι' ὑμᾶς ἐν προσώπῳ χριστοῦ, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν τρωάδα, εἰς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, καὶ θύρας μοι ἀνεῳγμένης ἐν κυρίῳ, οὐκ ἔσχηκα ἄνεσιν τῷ πνεύματί μου, τῷ μὴ εὑρεῖν με τίτον τὸν ἀδελφόν μου, ἀλλὰ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἐξῆλθον εἰς μακεδονίαν. τῷ δὲ θεῷ χάρις, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ χριστῷ, καὶ τὴν ὀσμὴν τῆς γνώσεως αὐτοῦ φανεροῦντι, δι' ἡμῶν ἐν παντὶ τόπῳ. ὅτι χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ, ἐν τοῖς σῳζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις.

te cordis scripsi vobis per multas lachrymas, non vt mœrore afficeremini, sed vt cognoscere tis charitatē quam habeo abundantius erga vos. Quod si quis dolore affecit, nō me dolore affecit, sed ex parte, ne aggrauem omneis vos. Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus, adeò vt è diuerso magis condonare debeatis, & consolari, ne quo modo fiat, vt immodico dolore absorbeatur huiusmodi. Quapropter obsecro vos, efficite vt valeat in illum charitas. Nam & in hoc scripseram, vt cognoscerē probationem vestri, an ad omnia obedientes sitis. Cui vero condonatis aliquid, & ego condono. Nam & ego si quid condonaui, cui condonaui, propter vos cōdonaui in cōspectu Christi, ne occuparemur à Satana. Non enim illius cogitationes ignoramus. Cæterum cum venissem Troadem in euangeliū Christi, & ostium mihi esset apertum per dominū: non habui relaxationem spiritu meo, eo quod non inuenissem Titum fratrem meum, sed dimissis illis abij in Macedoniā. Deo autem gratia, qui semper triūphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quoniā Christi bona fragrantia sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt:

pereunt: his quidem odor mortis ad mortem: illis vero odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis idoneus? Non enim sumus vt pleriq; cauponãtes sermonem dei, sed velut ex synceritate, sed velut ex deo in conspectu dei per Christum loquimur.

Cap. III

Incipimus rursus nosipsos commendare. Num egemus vt nonnulli cõmendatitiis epistolis apud vos, aut à vobis commẽdatitiis? Epistola nostra vos estis inscripta in cordibus nostris: quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus dũ declaratis quod estis epistola Christi, subministrata, à nobis inscripta, non atramẽto, sed spiritu dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christũ erga deum, non quod idonei simus, ex nobisipsis cogitare quic quam tanquam ex nobisipsis: sed si ad aliquid idonei sumus, id ex deo est, qui & idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus: nam litera occidit, spiritus autem viuificat. Quod si administratio mortis in literis, deformata in saxis, fuit in gloria, adeò vt non possent oculos intendere filij Israël in faciem Mosi propter gloriam vultus eius quæ aboletur, cur non potius administratio spiritus erit

Hebr. 4

Exod. 34

μνίοις. οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου, εἰς θάνατον. οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς, εἰς ζωήν. καὶ πρὸς ταῦτα τίς ἱκανός; οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ἀλλ' ὡς ἐκ θεοῦ, κατ' ὀφθαλμοὺς τοῦ θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν.

Ἀρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν. μὴ χρήζομεν ὡς τινες συστατικῶν ἐπιστολῶν πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐξ ὑμῶν συστατικῶν; ἡ ἐπιστολὴ ἡμῶν ὑμεῖς ἐστε ἐγγεγραμμένη ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, γινωσκομένη καὶ ἀναγινωσκομένη ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων, φανερούμενοι, ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα, ὑφ' ἡμῶν ἐγγεγραμμένη, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θεοῦ ζῶντος, οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις. πεποίθησιν δὲ τοιαύτην ἔχομεν διὰ τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν θεόν, οὐχ ὅτι ἱκανοί ἐσμεν ἀφ' ἑαυτῶν λογίσασθαί τι ὡς ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐκ τοῦ θεοῦ. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος. τὸ μὲν γὰρ γράμμα ἀποκτείνει, τὸ δὲ πνεῦμα ζωοποιεῖ. εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν, ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις, ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ δύασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ πνεύματος

ματος ἔσαι ἐν δόξῃ; εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα, πολλῷ μᾶλλον περισσεύει ἡ διακονία τῆς δικαιοσυνης ἐν δόξῃ. καὶ γὰρ οὐδὲ δεδόξασαι τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλούσης δόξης. εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ. ἔχοντες οὖν τοιαύτην ἐλπίδα, πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα, καὶ οὐ καθάπερ Μωϋσῆς ἐτίθει κάλυμμα ἐπὶ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ εἰς τὸ τέλος τοῦ καταργουμένου. ἀλλ' ἐπωρώθη τὰ νοήματα αὐτῶν. ἄχρι γὰρ τῆς σήμερον, τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει, μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅ, τι ἐν Χριστῷ καταργεῖται. ἀλλ' ἕως σήμερον, ἡνίκα ἀναγινώσκεται Μωσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. ἡνίκα δ' ἂν ἐπιστρέψῃ πρὸς κύριον, περιῃρεῖται τὸ κάλυμμα. ὁ δὲ κύριος τὸ πνεῦμα ἐστίν. οὗ δὲ τὸ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος.

Διὰ τοῦτο ἔχοντες τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἠλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ

erit in gloria? Nam si administratio condemnationis gloria: multo magis excellit administratio iustitiæ in gloria. Quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminẽtem gloriam. Etenim si quod aboletur fuit in gloria, multo magis id quod manet est in gloria. Itaque quum habeamus huiusmodi spem, multa libertate vtamur: & non quemadmodum Moses ponebat velamen in facie sua, ne intenderent filij Exod.34
Israël in finem eius quod abolebatur. Sed obcæcati sunt sensus illorum. Nam vsque ad diem hodiernum, idem velamen in lectione veteris testamenti manet, nec tollitur velum, quod per Christum aboletur: sed ad hunc vsque diem quum legitur Moses, velamen cordibus illorum impositum est: at vbi conuersi fuerint ad dominum, tolletur velamen. Dominus autem spiritus est. Ioan.4
Porrò vbi spiritus domini, ibi libertas. Nos autem omnes retecta facie, gloriam domini in speculo repræsentantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à domini spiritu.

Propterea quum ministeriũ Ca.IIII
hoc habeam', vt nostri misert' est Deus, haud degeneramus, sed reiecimus occultamenta

dedecoris, non versantes per astutiã neq; dolo tractantes verbum dei, sed manifestatione veritatis, commendantes nosipsos apud omnem conscientiã hominum, in conspectu dei. Quod si adhuc velatum est euangelium nostrum, in his qui pereunt velatum est: in quibus deus huius seculi excæcauit sensus incredulorũ, ne illucescere illis lumen euangelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Non enim nosipsos prædicamus, sed Christũ Iesum dominum: nos autem seruos vestros ꝓpter Iesum. Quoniã deus est, qui iussit è tenebris lucem illucescere: qui luxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei in facie Iesu Christi. Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, vt virtutis eminentia sit dei, & non ex nobis, dum in omnibus, premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non destituimur: persecutionem patimur, at non in ea deserimur: deiicimur, at non perimus: semper mortificationem domini Iesu in corpore circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita IESV manifestetur in mortali carne nostra. Itaque mors quidem in nobis agit, vita

Esaiæ. 6
Ioan. 12

μὴ πδριπατ͂ντες ἐν πανουργίᾳ, μὴ δὲ δολοῦντες τὸν λόγον τ͂ θεοῦ, ἀλλὰ τ͂ι φανερώσει τ͂ ἀληθείας, συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων, ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον, ἐν οἷς ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τ͂ν ἀπίστων εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τ͂ δόξης τοῦ χρισοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ. οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ χρισὸν ἰησοῦν κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ ἰησοῦ. ὅτι ὁ θεὸς, ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, πρὸς φωτισμὸν τ͂ γνώσεως τ͂ δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ ἰησοῦ χρισοῦ. ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τ͂ δυνάμεως ᾖ τοῦ θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν, ἐν παντὶ θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι. διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλειπόμενοι. καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι. πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ κυρίου ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν φανερωθῇ. ἀεὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ ἰησοῦν, ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τ͂ ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν

ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν. ὥστε ὁ μὲν θανάτος ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖται, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὑμῖν. ἔχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον. ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν, εἰδότες, ὅτι ὁ ἐγείρας τὸν κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ, καὶ παραστήσει σὺν ὑμῖν. τὰ γὰρ πάντα δι' ὑμᾶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν, περισσεύσῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ. διὸ οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν, εἰς ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα. τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.

Οἴδαμεν γάρ, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν ἐκ θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ στενάζομεν, τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ, ἐπενδύσασθαι ἐπιποθοῦντες. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. καὶ γὰρ οἱ ὄντες ἐν τῷ σκήνει, στενάζομεν βαρούμενοι, ἐφ' ᾧ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, ἵνα καταποθῇ τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς.

vita vero in vobis. Cæterum quum habeamus eundem spiritum fidei, iuxta illud quod scriptum est: Credidi, & ideo loquutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur, scientes quod qui suscitauit dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitabit, & constituet vobiscum. Nam omnia propter vos, vt beneficium quod exundauit, pluribus gratias agentibus exuberet in gloriam Dei. Propterea non defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos. Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ mirè supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ nō videntur. Nam quę videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æterna. Psal. 115

Scimus enim, quod si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex deo habemus, domicilium non manufactum, æternum in cœlis. Nam in hoc gemimus, domicilio nostro quod è cœlo est, superindui desiderantes. Si tamen induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati, propterea quod nolimus exui, sed superindui, vt absorbeatur mortalitas Cap. V

talitas à vita. Porrò qui parauit nos in hoc ipsum, deus est: qui idem dedit nobis arrabonem spiritus. Itaque bono animo sumus semper, & scimus quod quum domi sumus in corpore, peregrinamur à deo. Per fidem enim ambulamus, nõ per speciem. Confidimus autem & probamus magis, peregre abesse à corpore, & præsentes adesse apud deum. Quapropter cõtendimus, siue domi præsentes, siue foris peregrè agentes, vt illi placeamus. Omnes enim nos manifestari oportet corã tribunali Christi, vt reportet vnusquisq; ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum siue malũ. Scientes igitur terrorem illũ domini, suademus hominibus deo vero manifesti sumus. Spero aũt nos & in cõscientiis vestris manifestos esse. Nõ enim iterum nosipsos cõmendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriãdi de nobis, vt aliquid habeatis aduersus eos qui in facie gloriantur, & nõ in corde. Nã siue insanimus, deo insanimus: siue sani sumus, vobis sani sumus, Charitas enim Christi cõstringit nos, iudicantes illud, quod si vnus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt: & pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Rom. 14

ὁ δὲ κατεργασάμενος ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, θεὸς, ὁ καὶ δοὺς ἡμῖν τὸν ἀρραβῶνα τοῦ πνεύματος. θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου· διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. θαῤῥοῦμεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον. διὸ καὶ φιλοτιμούμεθα, εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες, εὐάρεστοι αὐτῷ εἶναι. τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακόν. εἰδότες οὖν τὸν φόβον τοῦ κυρίου, ἀνθρώπους πείθομεν, θεῷ δὲ πεφανερώμεθα. ἐλπίζω δὲ καὶ ἐν ταῖς συνειδήσεσιν ὑμῶν πεφανερῶσθαι. οὐ γὰρ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνομεν ὑμῖν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ἔχητε πρὸς τοὺς ἐν προσώπῳ καυχωμένους, καὶ οὐ καρδίᾳ. εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, θεῷ, εἴτε σωφρονοῦμεν, ὑμῖν. ἡ γὰρ ἀγάπη τοῦ χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, κρίναντας τοῦτο, ὅτι εἷς ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἄρα οἱ πάντες ἀπέθανον. καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν, ἵνα οἱ ζῶντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι καὶ ἐγερθέντι.

ὥστε

ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα· εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα χριστόν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι γινώσκομεν. ὥστε εἴ τις ἐν χριστῷ, καινὴ κτίσις. τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ θεοῦ, τοῦ καταλλάξαντος ἡμᾶς ἑαυτῷ διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ δόντος ἡμῖν τὴν διακονίαν τῆς καταλλαγῆς. ὡς ὅτι θεὸς ἦν ἐν χριστῷ, κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. ὑπὲρ χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν. δεόμεθα ὑπὲρ χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ θεῷ. τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν, ἵνα ἡμεῖς γινώμεθα δικαιοσύνη θεοῦ ἐν αὐτῷ.

Συνεργοῦντες δὲ καὶ παρακαλοῦμεν, μὴ εἰς κενὸν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ δέξασθαι ὑμᾶς. λέγει γάρ, καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας. μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, ἵνα μὴ μωμηθῇ ἡ διακονία, ἀλλ' ἐν παντὶ συνιστῶντες ἑαυτοὺς ὡς θεοῦ διάκονοι, ἐν ὑπομονῇ πολλῇ, ἐν θλίψεσιν, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις,

xit. Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem. Porrò etiam si cognouimus Christum secundū carnē, nunc tamen nō amplius nouimus. Proinde si quis est in Christo noua creatura est. Vetera præterierunt, ecce noua facta sunt omnia. Omnia autem ex deo qui recōciliauit nosſibi per Iesum Christum, deditq; nobis ministeriū recōciliationis: quā doquidē deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonē reconciliationis. Itaq; nomine Christi legatione fungimur, tanq̄ Deo vos obsecrāte per nos rogamus pro Christo, reconciliemini deo: eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei per illum. Esaię. 43 Apo. 21

Quin & adiuuantes obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei receperitis. Dicit enim: In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis. Ne quam vsquam demus offensionem, ne reprehendatur ministerium, sed in omnibus commendemus nosipsos vt dei ministri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus, in plagis, in carceribus, in seditioni- Cap. VI. Esaię. 49 1. Cor. 4

bus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in puritate, in scientia, in animi lenitate, in benignitate, in spiritu sancto, in charitate non simulata, in sermone veritatis, in potentia Dei, per arma iustitiæ dextra ac sinistra, per gloriam & ignominiã, per conuitia & laudes, quasi impostores, & tamen veraces: quasi ignoti, & tamen noti, quasi morientes, & ecce viuimus: quasi correpti, & non occisi: quasi dolentes, semper tamen gaudentes: quasi pauperes, multos tamen ditantes: vt nihil habẽtes, & tamẽ omnia possidentes. Os nostrum apertum est erga vos Corinthij: cor nostrum dilatatum est: non estis angusti in nobis, sed angusti estis in viscerib⁹ vestris. Eandem autem remunerationem vt à filiis exigo. Dilatemini & vos, ne ducatis iugum cum incredulis. Quod enim cõsortiũ iustitiæ cũ iniustitia? aut quæ cõmunio luci cũ tenebris? aut quæ concordia Christo, cũ Belial? aut quę pars fideli cũ infideli? aut quid conuenit tẽplo dei cũ simulacris? Nam vos templũ estis dei viuẽtis, quẽadmodũ dixit deus: Inhabitabo ĩ illis, & inambulabo, & ero illorũ deus: & ipsi erunt mihi populus. Qua propter exite de medio illorũ, & separemini ab illis, dicit dominus: & immũdũ ne tetigeritis, & ego suscipiã vos, & ero vobis

Eccli.13

1.Co.3.6

Leui.26.

Esaiæ.52

loco

ποις, ἐν ἀγρυπνίαις, ἐν νηστείαις, ἐν ἀγνότητι, ἐν γνώσει, ἐν μακροθυμίᾳ, ἐν χρηστότητι, ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ἐν ἀγάπῃ ἀνυποκρίτῳ, ἐν λόγῳ ἀληθείας, ἐν δυνάμει θεοῦ, διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας. ὡς πλάνοι, καὶ ἀληθεῖς. ὡς ἀγνοούμενοι, καὶ ἐπιγινωσκόμενοι. ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν. ὡς παιδευόμενοι, καὶ μὴ θανατούμενοι. ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες. ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες. ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες. Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέῳγε πρὸς ὑμᾶς κορίνθιοι. ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν. τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω. πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς, μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνομίᾳ; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ; ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετ' ἀπίστου; τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ὑμεῖς γὰρ ναὸς θεοῦ ἐσὲ ζῶντος, καθὼς εἶπεν ὁ θεός. ὅτι ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεός. καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, λέγει κύριος. καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτησθε, κἀγὼ εἰσδέξομαι ὑμᾶς, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς

ὡς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς υἱοὺς καὶ θυγατέρας, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

Ταύτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας ἀγαπητοὶ, καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ θεοῦ. χωρήσατε ἡμᾶς. οὐδένα ἠδικήσαμεν, οὐδένα ἐφθείραμεν, οὐδένα ἐπλεονεκτήσαμεν. οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω. προείρηκα γάρ, ὅτι ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἐστε εἰς τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν. πολλή μοι παῤῥησία πρὸς ὑμᾶς, πολλή μοι καύχησις ὑπὲρ ὑμῶν, πεπλήρωμαι τῇ παρακλήσει, ὑπερπερισσεύομαι τῇ χαρᾷ ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει ἡμῶν. καὶ γὰρ ἐλθόντων ἡμῶν εἰς Μακεδονίαν, οὐδεμίαν ἔσχηκεν ἄνεσιν ἡ σὰρξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐν παντὶ θλιβόμενοι. ἔξωθεν μάχαι, ἔσωθεν φόβοι. ἀλλ' ὁ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, παρεκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν τῇ παρουσίᾳ Τίτου. οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ παρακλήσει, ᾗ παρεκλήθη ἐφ' ὑμῖν, ἀναγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρμὸν, τὸν ὑμῶν ζῆλον ὑπὲρ ἐμοῦ, ὥστε με μᾶλλον χαρῆναι. ὅτι γὰρ καὶ ἐλύπησα ὑμᾶς ἐν τῇ ἐπιστολῇ, οὐ μεταμέλομαι, εἰ καὶ μετεμελόμην. βλέπω γάρ, ὅτι ἡ ἐπιστολὴ ἐκείνη, εἰ καὶ πρὸς ὥραν, ἐλύπησεν ὑμᾶς. νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε, ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν. ἐλυπήθητε γὰρ

loco patris, & vos eritis mihi vice filiorum ac filiarum: dicit dominus omnipotens.

Has igitur promissiones cũ habeamus charissimi, mũdemus nosipsos ab omni inquinaméto carnis, ac spiritus: perficientes sanctimoniã cũ timore dei. Capaces estote nostri: neminẽ læsimus, neminẽ corrupimus, neminẽ fraudauimus. Nõ hoc ad cõdemnationem vestri dico. Si quidẽ iam ante dixi vobis, ꝙ in cordibus nostris estis ad cõmoriendũ & cõuiuendũ. Multa mihi fiducia erga vos, multa mihi gloriatio de vobis, impletus sum cõsolatione, vehemẽter exundo gaudio in omni afflictione nostra. Etenĩ cũ venissem⁹ in Macedoniã, nullã habuit relaxationem caro nostra, sed in omnib⁹ affligebamur. Foris pugnæ, intus terrores. Verũ qui cõsolatur humiles, cõsolatus est nos deus per aduentũ Titi: non solũ autẽ per aduentum illius, verũetiam per cõsolationem quã ille accepit de vobis, cũ annũciaret nobis vestrũ desideriũ, vestrum fletum, vestrũ pro me studiũ, adeò vt magis gauisus fuerim. Nam etiam si contristaui vos per epistolam, nõ me pœnitet, etiam si pœnituisset. Video nanque ꝙ epistola illa, tametsi ad tempus contristauit vos. Nunc gaudeo, non quòd contristati fueritis, sed ꝙ contristati sitis ad pœni-

Ca. VII.

1.Pet.2.2 tentiam. Nã cõtristati estis secundũ deũ,sic vt nulla in re detrimẽto sitis affecti per nos. Nã qui secundũ deũ est dolor,ispœnitentiã ad saluté haud pœnitẽdã parit: cõtrà mũdi dolor mortem affert. Ecce enĩ istuc ipsum quod secũdũ deũ cõtristati fuistis, quãtam ĩ vobis genuit sollicitudinẽ, imò satisfactionem, imò indignationẽ, imò timoré, imò desideriũ,imò emulationẽ, imò vindictã? Siquidẽ vbiq; cõmendastis vosipsos,q̃ puri sitis in eo negocio. Proinde tam etsi scripsi vobis,nõ id feci ei⁹ causa qui lęserat,nec eius causa qui læsus fuerat, sed ob id vt palam fieret studiũ vestrũ pro nobis apud vos ĩ cõspectu dei. Idcirco cõsolationẽ accepimus ex cõsolatiõe vestri:quin vberius insuper gauisi fuim⁹ ob gaudiũ Titi,q̃ refocillatus sit spirit⁹ illius ab omnibusvobis. Quod si quid apud illũ de vobis gloriatus sũ, non fuerim pudefactus, sed vt omnia cum veritate locuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra qua vsus erã apud Titũ,veritas facta est. Et viscera illius maiorẽ in modũ erga vos affecta sunt,dum recolit omniũ vestrum obediẽtiã, quemadmodũ cum timore ac tremore excepe ritis ipsum. Gaudeo quod in omnibus confidam vobis.

Ca. VIII Certiores autem vos facio fratres, de gratia dei, quæ data fuit in

γὰρ κατὰ θεὸν, ἵνα ἐν μηδενὶ ζημιωθῆτε ἐξ ἡμῶν· ἡ γὰρ κατὰ θεὸν λύπη, μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται, ἡ δὲ τοῦ κόσμου λύπη, θάνατον κατεργάζεται. ἰδοὺ γὰρ αὐτὸ τοῦτο, τὸ κατὰ θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσην κατειργάσατο ἐν ὑμῖν σπουδὴν, ἀλλὰ ἀπολογίαν, ἀλλὰ ἀγανάκτησιν, ἀλλὰ φόβον, ἀλλὰ ἐπιπόθησιν, ἀλλὰ ζῆλον, ἀλλὰ ἐκδίκησιν· ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἁγνοὺς εἶναι ἐν τῷ πράγματι. ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ εἵνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ εἵνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος, ἀλλ' εἵνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ὑμῶν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. διὰ τοῦτο παρακεκλήμεθα· ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ὑμῶν. περισσοτέρως δὲ μᾶλλον ἐχάρημεν ἐπὶ τῇ χαρᾷ Τίτου, ὅτι ἀναπέπαυται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἀπὸ πάντων ὑμῶν. ὅτι εἴτι αὐτῷ ὑπὲρ ὑμῶν κεκαύχημαι, οὐ κατῃσχύνθην, ἀλλ' ὡς πάντα ἐν ἀληθείᾳ ἐλαλήσαμεν ὑμῖν, οὕτω καὶ ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου, ἀλήθεια ἐγενήθη. καὶ τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περισσοτέρως εἰς ὑμᾶς ἐστὶν, ἀναμιμνησκομένου τὴν πάντων ὑμῶν ὑπακοὴν, ὡς μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἐδέξασθε αὐτόν. χαίρω, ὅτι ἐν παντὶ θαῤῥῶ ἐν ὑμῖν.

γνωρίζομεν δὲ ὑμῖν ἀδελφοὶ, τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, τὴν δεδομένην

μένην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τῆς μακεδονίας, ὅτι ἐν πολλῇ δοκιμῇ θλίψεως ἡ περισσεία τῆς χαρᾶς αὐτῶν, καὶ ἡ κατὰ βάθους πτωχεία αὐτῶν ἐπερίσσευσεν εἰς τὸ πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. ὅτι κατὰ δύναμιν, μαρτυρῶ, καὶ ὑπὲρ δύναμιν αὐθαίρετοι, μετὰ πολλῆς παρακλήσεως δεόμενοι ἡμῶν, τὴν χάριν καὶ τὴν κοινωνίαν τῆς διακονίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους, δέξασθαι ἡμᾶς. καὶ οὐ καθὼς ἠλπίσαμεν, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἔδωκαν πρῶτον τῷ κυρίῳ, καὶ ἡμῖν διὰ θελήματος θεοῦ, εἰς τὸ παρακαλέσαι ἡμᾶς τῖτον, ἵνα καθὼς προενήρξατο, οὕτως καὶ ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην. ἀλλ' ὥσπερ ἐν παντὶ περισσεύετε πίστει, καὶ λόγῳ, καὶ γνώσει, καὶ πάσῃ σπουδῇ, καὶ τῇ ἐξ ὑμῶν ἐν ἡμῖν ἀγάπῃ, ἵνα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ χάριτι περισσεύητε. οὐ κατ' ἐπιταγὴν λέγω, ἀλλὰ διὰ τῆς ἑτέρων σπουδῆς, καὶ τὸ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γνήσιον δοκιμάζων. γινώσκετε γὰρ τὴν χάριν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὅτι δι' ὑμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ὑμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτίσητε. καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. τοῦτο γὰρ ὑμῖν συμφέρει, οἵτινες οὐ μόνον τὸ ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ θέλειν προενήρξασθε ἀπὸ πέρυσι. νυνὶ δὲ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐπιτελέσατε, ὅπως καθάπερ ἡ προθυμία τοῦ θέλειν, οὕτως καὶ τὸ ἐπιτελέσαι ἐκ τοῦ ἔχειν.

εἰ γὰρ ἡ

fuit ĩ ecclesiis Macedoniæ, quoniam per multã probationem afflictionis exuberauit gaudiũ illorũ, & profunda paupertas illorũ exundauit in diuitias simplicitatis ipsorũ. Nam pro viribus, testor, etiã supra vires prõpti fuerunt, multa cum obtestatione rogãtes nos, vt beneficiũ & societatẽ ministerij susciperemus in sanctos: ac nõ quatenus sperabam⁹, quinetiã semetipsos dediderũt primũ domino, deinde & nobis per voluntatẽ dei, ĩ hoc vt adhortaremur Titum, vt quẽadmodũ antè cœpisset, ita & cõsummaret hãc quoque erga vos beneficentiã. Imò quẽadmodum vbiq; abũdatis fide, & sermone, & sciẽtia, & omni diligẽtia, & in ea quæ ex vobis erga nos est charitate, facite vt in hac quoq; beneficẽtia abũdetis. Nõ secundum imperium loquor, sed per sollicitudinẽ erga alios, etiã vestræ dilectionis synceritatẽ approbans. Nostis enim beneficentiã domini nostri Iesu Christi, quod propter vos pauper factus sit, cũ esset diues, vt vos illius paupertate ditesceretis. Et cõsiliũ in hoc do, nã hoc vobis cõducit: qui quidẽ nõ solum facere, verũ etiã velle iam cœpistis anno superiore. Nunc autẽ & illud quod facere cœpistis, perficite: vt quẽadmodum volũtas prõpta fuit, ita & perficiatis ex eo quod potestis.

Rom. 10

Etenim si

Etenim si prius adsit animi prō
ptitudo,ea iuxta quicquid illud
est quod possidet aliquis, acce-
pta est, nō iuxta id quod nō pos
sidet. Non enī vt aliis relaxatio
sit, vobis autē angustia, sed vt ex
æquabilitate in præsenti tēpore
vestra copia illorum succurrat
inopiæ, & illorū copia vestræ
succurrat inopiæ, vt fiat æqua-
bilitas, quemadmodū scriptum
Exo.16 est: Qui multum habebat, huic
nihil superfuit: & qui paulū ha
bebat, is nihilomin⁹ habuit. Gra
tia aūt deo, qui dedit eandē sol-
licitudinem pro vobis in corde
Titi, qui exhortationē acceperit:
quin potius cū esset diligē-
tior, suapte spōte ad vos venerit.
Misimus autē vna cū illo fratrē
eum cuius laus est in euangelio
per omnes ecclesias: nec id so-
lum, verūetiā delectus est ab ec
clesiis comes peregrinatiōis no
strę, cū hac beneficētia, quę ad-
ministratur à nobis ad eiusdem
domini gloriā, & animi vestri
promptitudinē declinātes hoc,
ne quis nos carpat in hac exu-
berātia quæ administratur à no
Rom.12 bis, procurantes honesta, nō tā-
tum coram domino, sed etiā co
ram hominibus. Misimus autē
vnà cum illis fratrem nostrum,
θεοῦ τοῦ σώσαντος ἡμᾶς, καὶ καλέσαντος κλήσει ἁγίᾳ, οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν, ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν καὶ χάριν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ἐν χριστῷ ἰησοῦ πρὸ χρόνων αἰωνίων, φανερωθεῖσαν δὲ νῦν διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, καταργήσαντος μὲν τὸν θάνατον, φωτίσαντος δὲ ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν διὰ τοῦ εὐαγγελίου, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος, καὶ διδάσκαλος ἐθνῶν, δι' ἣν αἰτίαν καὶ ταῦτα πάσχω, ἀλλ' οὐκ ἐπαισχύνομαι. οἶδα γὰρ, ᾧ πεπίστευκα, καὶ πέπεισμαι, ὅτι δυνατός ἐστι τὴν παραθήκην μου φυλάξαι εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν. ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων, ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, τῇ ἐν χριστῷ ἰησοῦ. τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ πνεύματος ἁγίου, τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν. οἶδας τοῦτο, ὅτι ἀπεστράφησάν με πάντες οἱ ἐν τῇ ἀσίᾳ, ὧν ἐστὶ φύγελλος καὶ ἑρμογένης. δῴη ἔλεος ὁ κύριος τῷ ὀνησιφόρου οἴκῳ, ὅτι πολλάκις με ἀνέψυξε, καὶ τὴν ἅλυσίν μου οὐκ ἐπῃσχύνθη, ἀλλὰ γενόμενος ἐν ῥώμῃ, σπουδαιότερον ἐζήτησέ με, καὶ εὗρε. δῴη αὐτῷ ὁ κύριος εὑρεῖν ἔλεος παρὰ κυρίου ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. καὶ ὅσα ἐν ἐφέσῳ διηκόνησε, βέλτιον σὺ γινώσκεις.

qui ſaluos fecit nos: & vocauit Titum. 3
vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data quidē eſt nobis per Chriſtum Ieſum ante tempora æterna, ſed palàm facta eſt nunc per apparitionem ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui mortem quidem aboleuit, vitā autem in lucem produxit, ac immortalitatem per euangeliū, in 1. Tim. 2
quod poſitus ſum ego præco & apoſtolus, ac doctor gentium: quam ob cauſam & hæc patior, attamen non erubeſco. Noui enim certusq; ſum, quod is cui credidi, potens ſit depoſitum meum cuſtodire in illum diem. Formam habeto ſanorum ſermonum quos à me audiſti cum fide & charitate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Egregium depoſitum ſeruato per ſpiritum ſanctum qui inhabitat in nobis. Noſti hoc, quod auerſati fuerint me omnes qui ſunt in Aſia, quorū eſt Phygellus & Hermogenes. Det miſericordiam dominus Oneſiphori familiæ, quoniam ſæpe me refocillauit, & de catena mea non erubuit, ſed quum eſſet Romæ, ſtudioſius quæſiuit me, & inuenit. Det ei dominus, vt inueniat miſericordiam apud dominum in die illo. Et quàm multis Epheſi miniſtrauerit, melius tu noſti.

Cap. 11

Tu igitur fili mi, fortis esto in Gratia, quæ est per Christũ Iesum, & in his quæ audisti à me per multos testes. Hæc commenda fidelibus hominibus qui erunt idonei, vt alios quoq; doceant. Tu igitur feras afflictiones, vt bonus miles Iesu Christi. Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, vt ei qui se in militiam delegit, placeat: Quòd si certet etiam aliquis, non coronatur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primũ de fructibus percipere. Cogita quæ dico. Det enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memento, Iesum Christũ resurrexisse ex mortuis ex semine Dauid secundũ euangelium meum, in quo malis afficior, quasi facinorosus vsque ad vincula. At sermo Dei non fuit vinctus. Propterea omnia suffero propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria æterna. Certus sermo. Nam si commortui sumus, & conuiuemus: si sufferimus, & conregnabimus: si negamus, & ille negabit nos: si increduli sumus, ille fidelis manet, negare seipsum non potest. Hæc admone, contestans corã domino, ne verborum pugnas sequantur, ad nullam vtilitatem, ad subuersionem audientium. Stude teipsum probatũ exhibere deo, operarium

1. Cor. 9

Σὺ οὖν τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι, τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται, καὶ ἑτέρους διδάξαι. σὺ οὖν κακοπάθησον, ὡς καλὸς στρατιώτης Ἰησοῦ Χριστοῦ. οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. νόει ἃ λέγω. δώσει γάρσοι ὁ κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. μνημόνευε, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, ἐν ᾧ κακοπαθῶ μέχρι δεσμῶν, ὡς κακοῦργος· ἀλλ' ὁ λόγος τοῦ θεοῦ οὐ δέδεται. διὰ τοῦτο πάντα ὑπομένω διὰ τοὺς ἐκλεκτούς, ἵνα καὶ αὐτοὶ σωτηρίας τύχωσι, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μετὰ δόξης αἰωνίου. πιστὸς ὁ λόγος· εἰ γὰρ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν· εἰ ὑπομένομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ ἀρνούμεθα, κἀκεῖνος ἀρνήσεται ἡμᾶς· εἰ ἀπιστοῦμεν, ἐκεῖνος πιστὸς μένει, ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν οὐ δύναται. ταῦτα ὑπομίμνησκε, διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ κυρίου, μὴ λογομαχεῖν, ἐπ' οὐδὲν χρήσιμον, ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. σπούδασον σεαυτὸν δόκιμον παραστῆσαι τῷ θεῷ, ἐργάτην

ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο. ἐπὶ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει. ὧν ἐστὶν ὑμέναιος καὶ φιλητὸς, οἵ τινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τινων πίστιν. ὁ μέν τοι στερεὸς θεμέλιος τοῦ θεοῦ ἕστηκεν, ἔχων τὴν σφραγῖδα ταύτην. ἔγνω κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ, καὶ ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας πᾶς ὁ ὀνομάζων τὸ ὄνομα χριστοῦ. ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ οὐκ ἔστι μόνον σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἀλλὰ καὶ ξύλινα, καὶ ὀστράκινα. καὶ ἃ μὲν εἰς τιμὴν, ἃ δὲ εἰς ἀτιμίαν. ἐὰν οὖν τις ἐκκαθάρῃ ἑαυτὸν ἀπὸ τούτων, ἔσται σκεῦος εἰς τιμὴν ἡγιασμένον, εὔχρηστον τῷ δεσπότῃ, εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. τὰς δὲ νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε. δίωκε δὲ δικαιοσύνην, πίστιν, ἀγάπην, εἰρήνην, μετὰ τῶν ἐπικαλουμένων τὸν κύριον ἐκ καθαρᾶς καρδίας. τὰς δὲ μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ, εἰδὼς, ὅτι γεννῶσι μάχας. δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον ἐν πραότητι, παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς

operarium non erubescendum, recte secantem sermonem veritatis. Cæterum prophanas vocum inanitates prætermitto, ad maiorē enim proficient impietatem, & sermo illorum, vt cancer morbus pastionem habebit, quorum de numero est Hymenæus & Philetus, qui circa veritatem aberrarunt, dicentes resurrectionem iam esse factam, & subuertunt quorundam fidem. Solidum tamen fundamentum dei stat, habens signaculum hoc: Nouit dominus qui sint sui, & discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Christi. Cæterum in magna domo non tantum sunt vasa aurea & argentea, verum etiam lignea ac testacea: & alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam. Si quis igitur expurgarit seipsum ab his, erit vas in honorem sanctificatum, accommodum vsibus domini, ad omne opus bonum præparatum. Iuueniles autem concupiscentias fuge: sectare vero iustitiam, fidem, charitatem, pacem, cum his qui inuocant dominum ex puro corde. Stultas autem & ineruditas quæstiones respue, sciens eas parere pugnas. Porrò seruum domini non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum mansuetudine, erudien-

1. Tim. 4

Ibidem

Ibidē. 6

Titum. 3

tem eos qui obsistunt, si quando det illis deus pœnitentiam ad agnoscendum veritatẽ, & resipiscant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipsius voluntatem.

Cap. III. 1. Tim. 4. 2. Petri. 3. Iudæ. 1. Illud autem scito, quod in extremis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impij, carentes affectu, nescij fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes bonorum, proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quàm amantes Dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarint. Et istos auersare. Ex his enim sunt qui subeunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentiis variis, semper discentes, nec vnquam ad cognitionem veritatis venire valentes. Exod. 7. Quemadmodum autem Iannes & Iambres restiterant Mosi, ita & hi resistunt veritati: homines mente corrupti, reprobi circa fidem: sed non proficient amplius. Siquidem amentia istorum euidens erit omnibus, quemadmodum & illorum fuit. Tu vero assectatus es doctrinam meam, institutionẽ, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, patientiam, persequutiones, afflictiones,

θεὸς μετανοίαν ἐς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, ἐζωγρημένοι ὑπ' αὐτοῦ ἐς τὸ ἐκείνου θέλημα.

Τοῦτο δὲ γίνωσκε, ὅτι ἐν ἐσχάταις ἡμέραις ἐνστήσονται καιροὶ χαλεποί. ἔσονται γὰρ οἱ ἄνθρωποι φίλαυτοι, φιλάργυροι, ἀλαζόνες, ὑπερήφανοι, βλάσφημοι, γονεῦσιν ἀπειθεῖς, ἀχάριστοι, ἀνόσιοι, ἄστοργοι, ἄσπονδοι, διάβολοι, ἀκρατεῖς, ἀνήμεροι, ἀφιλάγαθοι, προδόται, προπετεῖς, τετυφωμένοι, φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, ἔχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἠρνημένοι. καὶ τούτους ἀποστρέπου. ἐκ τούτων γάρ εἰσιν οἱ ἐνδύνοντες εἰς τὰς οἰκίας, καὶ αἰχμαλωτεύοντες τὰ γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις, ἀγόμενα ἐπιθυμίαις ποικίλαις, πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. ὃν τρόπον δὲ Ἰάννης καὶ Ἰαμβρῆς ἀντέστησαν Μωϋσῆ, οὕτως καὶ οὗτοι ἀνθίστανται τῇ ἀληθείᾳ, ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν, ἀλλ' οὐ προκόψουσιν ἐπὶ πλεῖον. ἡ γὰρ ἄνοια αὐτῶν ἔκδηλος ἔσται πᾶσιν, ὡς καὶ ἡ ἐκείνων ἐγένετο. σὺ δὲ παρηκολούθησάς μου τῇ διδασκαλίᾳ, τῇ ἀγωγῇ, τῇ προθέσει, τῇ πίστει, τῇ μακροθυμίᾳ, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ, τοῖς διωγμοῖς, τοῖς παθήμασιν, οἷά μοι ἐγένετο ἐν

Ἀντιοχείᾳ,

ἀντιοχείᾳ, ἐν ἰκονίῳ, ἐν λύστροις, οἵους διωγμοὺς ὑπηνέγκα. καὶ ἐκ πάντων με ἐῤῥύσατο ὁ κύριος. καὶ πάντες δὲ οἱ θέλοντες εὐσεβῶς ζῆν ἐν χριστῷ ἰησοῦ, διωχθήσονται. πονηροὶ δὲ ἄνθρωποι, καὶ γόητες προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, πλανῶντες καὶ πλανώμενοι. σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες, καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες, καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως, τῆς ἐν χριστῷ ἰησοῦ. πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὀφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐξηρτισμένος.

Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ, τοῦ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκροὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ. κήρυξον τὸν λόγον, ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως. ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδαχῇ. ἔσται γὰρ καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται, ἀλλὰ κατὰ τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοὴν, καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. σὺ δὲ νῆφε ἐν πᾶσι, κακοπά-

nes, quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconij, Lystris, quas persequutiones sustinuerim. Et ex omnibus eripuit me dominus. Sed & omnes qui volũt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Porrò mali homines & impostores proficient in peius, dum & in errorẽ abducunt, & errant ipsi. At tu persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi cõcredita sunt, sciẽs à quo didiceris, & quod à puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem per fidẽ quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem quæ est in iustitia, vt integer sit dei homo, ad omne opus bonum apparatus. 2. Pet. 1

Obtestor igitur ego coram deo, & domino IESV Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos in apparitione sua, & in regno suo. Prædica sermonem, insta tempestiue, intẽpestiue, argue, increpa, exhortare cum omni lenitate & doctrina. Nam erit tempus, quum sanam doctrinã non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores, ij quibus pruriunt aures, & à veritate quidem aures auertent, ad fabulas vero conuertentur. At tu vigila in omnibus, ob- Ca. IIII.

dura in afflictiõibus, opus perage euãgelistę, ministeriũ tuum ad plenũ probatũ reddito. Nam ipse iã immolor, & tẽpus meæ resolutionis instat. Certamen bonũ decertaui, cursum cõsum maui, fidẽ seruaui. Quod superest, reposita est mihi iustitiæ corona, quã reddet mihi dominus in illo die, qui est iustus iudex: nõ solũ autẽ mihi, sed & omnibus qui diligũt aduentũ ipsius. Da operam vt venias ad me cito, nã Demas me reliquit, amplexus præsens seculũ, & profectus est Thessalonicam, Crescens in Galatiã, Titus in Dalmatiam, Lucas mecũ est solus.

Colos. 4 Marcũ assumptũ adducito vnà tecũ. est enim mihi perutilis ad ministeriũ. Porrò Tychicũ misi Ephesum. Penulã quam reliqui Troade apud Carpum, quum venies apporta, & libros, maxime autem membranas. Alexander faber ærarius multis malis me affecit, reddat illi dominus iuxta facta ipsius: quem & tu caue. Vehementer eni restitit sermonib⁹ nostris. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt. Ne illis imputetur: sed dominus mihi adfuit, & corroborauit me, vt per me præconium expleretur, & audirent omnes gentes, & ereptus fui ex ore leonis, & eripiet me dominus ab omni facto malo, seruabitque in regnum

κακοπάθησον, ἔργον ποίησον εὐαγγελιστοῦ, τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα. λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτὴς, οὐ μόνον δὲ ἐμοὶ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. σπούδασον ἐλθεῖν πρός με ταχέως. Δημᾶς γάρ με ἐγκατέλιπεν, ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, καὶ ἐπορεύθη εἰς Θεσσαλονίκην. Κρήσκης εἰς Γαλατίαν, Τίτος εἰς Δαλματίαν. Λουκᾶς ἐστὶ μόνος μετ' ἐμοῦ. Μᾶρκον ἀναλαβὼν ἄγε μετὰ σεαυτοῦ. ἔστι γάρ μοι εὔχρηστος εἰς διακονίαν. Τυχικὸν δὲ ἀπέστειλα εἰς Ἔφεσον. τὸν φαιλόνην, ὃν ἀπέλιπον ἐν Τρωάδι παρὰ Κάρπῳ, ἐρχόμενος φέρε, καὶ τὰ βιβλία, μάλιστα δὲ τὰς μεμβράνας. Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο. ἀποδώσει αὐτῷ ὁ κύριος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὃν καὶ σὺ φυλάσσου. λίαν γὰρ ἀνθέστηκε τοῖς ἡμετέροις λόγοις. ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. μὴ αὐτοῖς λογισθείη. ὁ δὲ κύριός μοι παρέστη, καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσῃ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ῥύσεταί με ὁ κύριος ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ, καὶ σώσει

σώσει ἐς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον, ᾧ ἡ δόξα ἐς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἄσπασαι Πρίσκαν καὶ Ἀκύλαν, καὶ τὸν Ὀνησιφόρου οἶκον. Ἔραστος ἔμεινεν ἐν Κορίνθῳ, Τρόφιμον δὲ ἀπέλιπον ἐν Μιλήτῳ ἀσθενοῦντα. σπούδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν. ἀσπάζεταί σε Εὔβουλος, καὶ Πούδης, καὶ Λῖνος, καὶ Κλαυδία, οἱ ἀδελφοὶ πάντες. ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τοῦ πνεύματός σου. ἡ χάρις μεθ' ὑμῶν. ἀμήν.

in regnum suũ cœleste, cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta Priscam, & Aquilam, & Onesiphori familiam. Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in Mileto languentem. Da operam vt venias ante hyemem. Salutat te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης ἡ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα, ὅτε παρέστη πάλος τῷ Καίσαρι Νέρωνι ὑπὲρ δευτέρου πάλιν.

Scripta è Roma ad Timotheum secunda, quum Paulus iterum sistereretur Cęsari Neroni.

IN EPISTOLAM AD TITVM ARGVMENTUM per Erasmum Roterodamum.

Titum discipulum suũ ac filii loco habitum, ob eximias dotes, insulæ nobilissimæ Cretæ præfecerat Apostolus: & illinc abiens, archiepiscopum cõsecrarat. Huic scribit ex urbe Nicopoli, quæ est in Actiaco littore, rebus ut apparet, adhuc trãquillioribus: siquidẽ afflictionum aut persequutionum nulla mẽtio. Monet autẽ, ut quod ipse apud Cretẽses cœperat, cõsummet absoluatq;, & per singulas ciuitates, quas centum habuisse memoratur ea insula, episcopos instituat, quos & presbyteros uocat, idonei episcopi formã præscribens. Et quoniam huc quoque penetrarant pseudapostoli, qui Iudaismum suum omnibus ingerebant, animat eum, ut eos fortiter reiiciat ac refutet. Deinde personarum & ætatum præscribit officia, quemadmodum Timotheo præscribit: illud addens, ne quispiam Christianæ religionis prætextu, principibus aut magistratibus resisteret, suo fungentibus officio, quamuis essent à Christi fide alieni, quin magis eos leniter ferendos, si quando forte, uolente deo, & illi resipiscant. Postremo iubet Titum ad se uenire Nicopolim, sed non priusquam Paulus Artemam aut Tychicum illuc misisset, ne Cretenses destituti uiderentur episcopi solatio.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD Titum.

CAPVT I.

PAulus seruus dei, apostolus autem Iesu Christi, iuxa fidem electorũ dei, & agnitionem veritatis, quæ est secũdum pietatẽ in spe vitæ æternæ, quã promisit is qui mentiri nescit deus, ante tẽpora æterna: patefecit aũt tẽporibus suis sermonẽ suum per prædicationem, quæ cõmissa est mihi, secundũ delegationẽ seruatoris nostri dei: Tito germano filio iuxta cõmunẽ fidẽ: Gratia, misericordia, pax à deo patre & domino Iesu Christo seruatore nostro. Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt quæ desunt, pergas corrigere, & cõstituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinarã. Si quis est inculpatus vnius vxoris vir, liberos habens fideles, nõ obnoxios crimini luxus, aut qui nõ sint intractabiles. Oportet enĩ episcopũ inculpatũ esse, tanquã dei dispẽsatorem, non præfractum, non iracundũ, nõ vinosum, nõ percussorem, nõ turpiter lucro deditum: sed hospitalem, bonarũ rerũ studiosum, sobriũ, iustum, pium, temperantẽ, tenacem eius qui secundũ doctrinã est, fidelis sermonis, vt potens sit etiam exhortari

1. Tim. 3

Κεφάλαιον α.

ΠΑῦλος δοῦλος θεοῦ, ἀπόστολος δὲ ἰησοῦ χριστοῦ κατὰ πίστιν ἐκλεκτῶν θεοῦ, καὶ ἐπίγνωσιν ἀληθείας, τῆς κατ' εὐσέβειαν ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου, ἣν ἐπηγγείλατο ὁ ἀψευδὴς θεὸς πρὸ χρόνων αἰωνίων, ἐφανέρωσε δὲ καιροῖς ἰδίοις τὸν λόγον αὐτοῦ ἐν κηρύγματι, ὃ ἐπιστεύθην ἐγὼ κατ' ἐπιταγὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ κατὰ κοινὴν πίστιν, χάρις, ἔλεος, εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν κρήτῃ, ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. εἴ τις ἔστιν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, ἢ ἀνυπότακτα. δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη, μὴ ὀργίλον, μὴ πάροινον, μὴ πλήκτην, μὴ αἰσχροκερδῆ, ἀλλὰ φιλόξενον, φιλάγαθον, σώφρονα, δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ, ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ παρακαλεῖν

παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαινούσῃ, καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. εἰσὶ γὰρ πολλοὶ ἀνυπότακτοι, καὶ ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται, μάλισα οἱ ἐκ περιτομῆς, οὓς δεῖ ἐπισομίζειν, οἵτινες ὅλους οἴκους ἀνατρέπουσι, διδάσκοντες ἃ μὴ δεῖ, αἰσχροῦ κέρδους χάριν. εἶπέ τις ἐξ αὐτῶν, ἴδιος αὐτῶν προφήτης· κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γασέρες ἀργαί. ἡ μαρτυρία αὕτη ἐστὶν ἀληθής. δι' ἣν αἰτίαν ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, ἵνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίστει, μὴ προσέχοντες ἰουδαϊκοῖς μύθοις, καὶ ἐντολαῖς ἀνθρώπων, ἀποστρεφομένων τὴν ἀλήθειαν. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαροῖς. τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις, οὐδὲν καθαρόν, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις. θεὸν ὁμολογοῦσιν εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται, βδελυκτοὶ ὄντες καὶ ἀπειθεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι.

Σὺ δὲ λάλει ἃ πρέπει τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ. πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι, σεμνούς, σώφρονας, ὑγιαίνοντας τῇ πίστει, τῇ ἀγάπῃ, τῇ ὑπομονῇ. πρεσβύτιδας ὡσαύτως, ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς, μὴ διαβόλους, μὴ οἴνῳ πολλῷ δεδουλωμένας, καλοδιδασκάλους, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους, σώφρονας, ἁγνάς, οἰκουρούς, ἀγαθάς, ὑποτασ-

exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere. Sunt enim multi intractabiles, & vaniloqui, & mentium seductores, maxime ij qui sunt ex circuncisione, quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex istis, proprius ipsorũ propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc est verum: quã ob causam redarguito illos seueriter, vt sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auersantium veritatẽ. Omnia quidem pura puris. Porrò pollutis & infidelibus, nihil est purum, sed polluta est illorum & mens, & conscientia. Deum profitentur se scire, cæterum factis negant, cum sint abominabiles, & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi. Rom. 14

Tu verò loquere quę decent sanam doctrinam. Senes, vt sobrij sint, graues, modesti, sani fide, charitate, patientia. Anus itidem, vt in habitu sint qui religionem deceat, non calumniatrices, nonvino multo seruientes, vt honesta doceant, quo possint modestas reddere adolescentulas, vt maritos suos diligant, vt liberos ament, vt sobriæ sint, purę, dom^s custodes, bonę, Cap. II.

subditæ

subditæ suis viris, ne sermo dei male audiat. Adolescentes consimiliter adhortare, vt sobrij sint, per omnia temetipsum præbens formam bonorum operum in doctrina, integritatem, grauitatem, sermonem sanum, irreprehensibilem: vt is qui repugnat, rubore suffundatur, nihil habens, quod de vobis dicat
Ephes. 6. Col. 3. 1. Pet. 2. mali. Seruos hortare, vt suis dominis pareant, in omnibus illis placeant, non responsatores, nō suffurantes, sed fidem omnem ostendentes bonam, vt doctrinam seruatoris nostri dei ornent in omnibus. Illuxit enim gratia Dei, salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, vt abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobrie & iuste & pie viuamus in præsenti seculo, expectantes beatam illam spem & apparitionem gloriæ magni Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI, qui dedit semetipsum p nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibiipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere & hortare, & argue cum omni præcipiendi studio. Nemo te despiciat.

Cap. III Admoneto illos, vt principatibus ac potestatibus subditi sint, vt magistratibus pareāt, vt ad omne opus bonū sint parati, ne de quoquam maledicant, ne sint

ἀποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα μὴ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ βλασφημῆται. τοὺς νεωτέρους ὡσαύτως παρακάλει σωφρονεῖν, περὶ πάντα σεαυτὸν παρεχόμενος τύπον καλῶν ἔργων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ, ἀδιαφθορίαν, σεμνότητα, λόγον ὑγιῆ, ἀκατάγνωστον, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ ὑμῶν λέγειν φαῦλον. δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι, μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν, ἵνα τὴν διδασκαλίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ κοσμῶσιν ἐν πᾶσιν. ἐπεφάνη γὰρ ἡ χάρις τοῦ θεοῦ, ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς, ἵνα ἀρνησάμενοι τὴν ἀσέβειαν καὶ τὰς κοσμικὰς ἐπιθυμίας, σωφρόνως καὶ δικαίως καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. ταῦτα λάλει, καὶ παρακάλει, καὶ ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς. μηδείς σου περιφρονείτω.

Ὑπομίμνησκε αὐτοὺς, ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάσσεσθαι, πειθαρχεῖν, πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἑτοίμους εἶναι, μηδένα βλασφημεῖν, ἀμάχους εἶναι, ἐπιεικεῖς,

κεῖς, πᾶσαν ἐνδεικνυμένους πραότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους. ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις, καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, στυγητοί, μισοῦντες ἀλλήλους. ὅτε δὲ ἡ χρηστότης, καὶ ἡ φιλανθρωπία ἐπεφάνη τοῦ σωτῆρος ἡμῶν θεοῦ, οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δικαιοσύνῃ, ὧν ἐποιήσαμεν ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτοῦ ἔλεον ἔσωσεν ἡμᾶς, διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλουσίως, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ἵνα δικαιωθέντες τῇ ἐκείνου χάριτι, κληρονόμοι γενώμεθα, κατ' ἐλπίδα ζωῆς αἰωνίου. πιστὸς ὁ λόγος. περὶ τούτων βούλομαί σε διαβεβαιοῦσθαι, ἵνα φροντίζωσι καλῶν ἔργων προΐστασθαι οἱ πεπιστευκότες τῷ θεῷ. ταῦτά ἐστι τὰ καλὰ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις. μωρὰς δὲ ζητήσεις, καὶ γενεαλογίας, καὶ ἔριδας, καὶ μάχας νομικὰς παραίτησαι. εἰσὶ γὰρ ἀνωφελεῖς καὶ μάταιοι. αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ, εἰδὼς, ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. ὅταν πέμψω Ἀρτεμᾶν πρός σε ἢ Τυχικόν, σπούδασον ἐλθεῖν πρός με εἰς Νικόπολιν. ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι. Ζηνᾶν τὸν νομικὸν, καὶ Ἀπολλῶ σπουδαίως

sint pugnaces, sed humani, omnem exhibentes mansuetudinẽ erga omnes homines. Nam eramus quondam & nos stulti, inobedientes, errantes, seruientes desideriis ac voluptatibus variis, in malitia & inuidia degentes, odiosi, inuicẽ odio prosequentes. At postquam bonitas & erga homines amor apparuit seruatoris nostri dei, nõ ex operibus quæ sunt in iustitia, quæ faciebamus nos, sed secundũ suam misericordiã saluos nos fecit per lauacrum regenerationis ac renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos opulente, per Iesum Christum seruatorem nostrum, vt iustificati illius gratia, hæredes efficeremur iuxta spem vitæ æternæ. Indubitatus sermo. De his volo vt cõfirmes, quo solliciti sint, vt bonis operibus præsint qui crediderũt deo. Hæc enim sunt honesta & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones & genealogias, & contentiones ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & superuacaneæ. Sectarum authorem hominem, post vnam & alteram admonitionem fuge, sciens quod euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Quum autem misero Arteman ad te, aut Tychicum, da operam vt venias ad me Nicopolim: nam illic decreui hybernare. Zenam legispe-

2. Tim. 1.

2. Tim. 2.

legisperitum & Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant autem & nostri, bonis operibus præesse, ad necessarios vsus, vt non sint infrugiferi. Salutant te, qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

δαίως προπεμψον, ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπῃ. μανθανέτωσαν δὲ καὶ οἱ ἡμέτεροι, καλῶν ἔργων προΐστασθαι, εἰς τὰς ἀναγκαίας χρείας, ἵνα μὴ ὦσιν ἄκαρποι. ἀσπάζονταί σε οἱ μετ' ἐμοῦ πάντες. ἄσπασαι τοὺς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει. ἡ χάρις μετὰ πάντων ὑμῶν. ἀμήν.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

ἐγράφη ἐκ νικοπόλεως τῆς μακεδονίας.

IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM ARgumentum per D. Erasmum Roterodamum.

GRæci tradunt hũc Philemonem genere Phrygem fuisse, quam nationem intractabilem ac seruilem esse, uel Græco prouerbio iactatum est: Phryx plagis emendatur. Quem tamen Paulus ob pietatem & officia in sanctos inter præcipuos habuit amicos. Huius seruus Onesimus Romam profugerat non sine furto, quod ferè serui solent. Illic audito Paulo, qui tum in uinculis erat, euangelicam doctrinam amplexus est, ac Paulo seruiuit in carcere. Verum ne quid herus ob serui fugam animo cruciaretur, remittit eum, sed miro studio, miraq; ciuilitate seruum & fugitiuum & compilatorẽ domino reconcilians, se interim sponsorẽ offerens: depensurus, si quid ille suppilasset in fuga. Scribit enim è uinculis per dictum Onesimum quem & filium uocat.

EPISTOLA PAVLI APOSTOLI AD Philemonem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ά.

Παῦλος δέσμιος χριστοῦ ἰησοῦ, καὶ τιμόθεος ὁ ἀδελφὸς, φιλήμονι τῷ ἀγαπητῷ καὶ συνεργῷ ἡμῶν, καὶ ἀπφίᾳ τῇ ἀγαπητῇ, καὶ ἀρχίππῳ τῷ συστρατιώτῃ ἡμῶν, καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου ἰησοῦ χριστοῦ. εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου, πάντοτε μνείαν σου ποιούμενος ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου, ἀκούων σου τὴν ἀγάπην καὶ τὴν πίστιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν κύριον ἰησοῦν, καὶ εἰς πάντας τοὺς ἁγίους, ὅπως ἡ κοινωνία τῆς πίστεώς σου ἐνεργὴς γένηται ἐν ἐπιγνώσει παντὸς ἀγαθοῦ, τοῦ ἐν ὑμῖν εἰς χριστὸν ἰησοῦν. χαρὰν γὰρ ἔσχομεν πολλὴν καὶ παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀγάπῃ σου, ὅτι τὰ σπλάγχνα τῶν ἁγίων ἀναπέπαυται διὰ σοῦ ἀδελφέ. διὸ πολλὴν ἐν χριστῷ παρρησίαν ἔχων ἐπιτάσσειν σοι τὸ ἀνῆκον, διὰ τὴν ἀγάπην μᾶλλον παρακαλῶ, τοιοῦτος ὤν, ὡς παῦλος πρεσβύτης, νυνὶ δὲ καὶ δέσμιος ἰησοῦ χριστοῦ. παρακαλῶ σε περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς

CAPVT I.

PAulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater Philemoni dilecto & collegę nostro: & Aphiæ dilectæ, & Archippo cōmilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, congregationi: gratia vobis & pax à deo patre nostro & domino IESV CHRISTO. Gratias agò deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis, quum audiam tuam charitatē ac fidem, quam habes erga dominū IESVM, & erga omnes sanctos, vt cōmunicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in vobis erga Christum IESVM. Gaudium enim habemus multum, & consolationem in dilectione tua, quòd viscera sanctorum refocillata sunt per te frater. Quapropter quamuis multā in CHRISTO fiduciam habeam iniungendi tibi, id quod officij tui erat, tamē propter charitatem potius rogo, quum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vinctus IESV CHRISTI. Rogo autem pro filio meo, quē genui in

2. Co. 1. Gal. 1. 1. Pet. 1.

nui in vinculis meis, Onesimo quondà tibi inutili, nũc verò tibi & mihi perutili, quem remisi. Tu autem eum, hoc est viscera mea suscipe, quem ego cupiebã apud me retinere, vt pro te ministraret mihi in vinculis euangelij, sed absque tua sententia nihil volui facere, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan seceſſit ad tempus, vt æternum eum recipieres, non iam vt seruum, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in domino? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquam me. Quòd si quid læsit te, aut debet, hoc mihi imputato. (Ego Paulus scripsi mea manu.) Ego dependam, vt ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. Etiam frater, ego te fruar in domino. Refocilla mea viscera in domino. Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens quod etiam vltra quàm dico facturus sis. Simul autem etiam præpara mihi hospitium. Spero enim quod auxilio precum vestrarum donabor vobis. Salutant te Epaphras concaptiuus meus in CHRISTO IESV, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia domini nostri IESV Chri-

ἐν τοῖς δεσμοῖς μου, ὀνήσιμον, τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ, καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. σὺ δὲ αὐτὸν, τουτέστι, τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ, ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσμοῖς τοῦ εὐαγγελίου. χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, ἵνα μὴ ὡς κατὰ ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. τάχα γὰρ διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον, ἀδελφὸν ἀγαπητὸν, μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ δὲ μᾶλλον σοὶ, καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ; εἰ οὖν ἐμὲ ἔχεις κοινωνὸν προσλαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. εἰ δέ τι ἠδίκησέ σε, ἢ ὀφείλει, τοῦτο ἐμοὶ ἐλλόγει. ἐγὼ παῦλος ἔγραψα τῇ ἐμῇ χειρί. ἐγὼ ἀποτίσω, ἵνα μὴ λέγω σοι, ὅτι καὶ σεαυτόν μοι προσοφείλεις. ναὶ ἀδελφέ, ἐγώ σου ὀναίμην ἐν κυρίῳ. ἀνάπαυσόν μου τὰ σπλάγχνα ἐν κυρίῳ. πεποιθὼς τῇ ὑπακοῇ σου ἔγραψά σοι, εἰδὼς, ὅτι καὶ ὑπὲρ ὃ λέγω, ποιήσεις. ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν. ἐλπίζω γὰρ, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν χαρισθήσομαι ὑμῖν. ἀσπάζονταί σε ἐπαφρᾶς ὁ συναιχμάλωτός μου ἐν χριστῷ ἰησοῦ, μᾶρκος, ἀρίσταρχος, δημᾶς, λουκᾶς, οἱ συνεργοί μου. ἡ χάρις τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ

χριστοῦ

χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. ἀμήν. Christi sit cum spiritu vestro. Amen.

Ἐγράφη ἀπὸ ῥώμης διὰ ὀνησίμου οἰκέτου. Missa fuit è Roma per Onesimum seruum.

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS ARGVmentum per D. Erasmum Roterodamum.

NVlla gens obstinacioribus animis repugnabat Euãgelio Christi, quàm Iudæorum, qui Paulo etiam peculiariter erant infensi, quod se gẽtium apostolum profiteretur, quas Iudæi ut prophanas & impias abominabantur: quodq; legem Mosaicam, quam illi sacrosanctam habebant, & euangelii uice per uniuersum orbẽ spargi cupiebant, antiquare uideretur. Adeo, ut essent inter hos quoq; qui Christi doctrinam receperant, qui putarent legis obseruationem cum Euangelio miscendam. Hierosolymis igitur qui crediderant, uariis calamitatibus afficiebantur ab his qui resistebant Euangelio (nam penes hos erat publica autoritas) coniiciebantur in uincula, cædebantur, diripiebãtur illorum bona. Hos itaque consolatur Paulus, partim exemplo ueterũ sanctorum, quorum plerique similibus, aut grauioribus calamitatibus exerciti sunt, quo uirtus illorum esset exploratior, spectatioq;, ac præcipue exemplo Christi, partim spe præmii cœlestis. Deinde declarat, coruscante iam euangelio Christi, cessasse umbras legis Mosaicæ, multa repetens ex ueteri testamento, & ad Christum accommodans. Docet non ex obseruatione legis, ad tempus datæ & imperfectæ sperandam esse salutem, sed ex fide, qua ueteres etiam illi probatæ sanctimoniæ uiri, quorum memoria Iudæis erat sacrosancta, deo potissimum placuissent. In fine tradit præcepta quædam ad mores Christianos facientia.

ARGVMENTI FINIS.

EPISTOLA PAVLI
APOSTOLI AD
Hebræos.

CAPVT I.

DEus olim multifariam, multisque modis loquutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium, per quem etiam secula cõdidit: qui quum sit splendor glorię, & expressa imago substantiæ illius, modereturque omnia verbo potentiæ suæ: per semetipsum purgatione facta peccatorum nostrorum, consedit in dextra maiestatis in excelsis: tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Nam cui dixit vnquam angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum: Ego ero ei pater, & ille erit mihi filius. Rursum autẽ quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit: Qui creat angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Ad filium autem: Thronus tuus deus in seculum seculi, virga rectitudinis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti

Sap. 7.

Psal. 2.
Acto. 13.
2. Reg. 7
Psal. 96.
Psal. 103.
Psal. 44.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α.

ΠΟλυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, ἐπ' ἐσχάτου τ ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. ὃς ὢν ἀπαύγασμα τ δόξης, καὶ χαρακτὴρ τ ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τ δυνάμεως αὐτ, δι' ἑαυτοῦ καθαρισμὸν ποιησάμενος τ ἁμαρτιῶν ἡμῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τ μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς, τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τ ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοὺς κεκληρονόμηκεν ὄνομα. τίνι γὰρ εἶπέν ποτε τ ἀγγέλων, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε; καὶ πάλιν, ἐγὼ ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι εἰς υἱόν. ὅτ' ἂν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τ πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει· καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες ἄγγελοι θεοῦ. καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. πρὸς δὲ τὸν υἱόν· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τ αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τ βασιλείας σου. ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμί-

καὶ

καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν, διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς, ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου, καὶ σὺ κατ' ἀρχὰς κύριε τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί, αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται. σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. πρὸς τίνα δὲ τῶν ἀγγέλων εἴρηκέ ποτε, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν;

Διὰ τοῦτο δεῖ περισσοτέρως ἡμᾶς προσέχειν τοῖς ἀκουσθεῖσι, μήποτε παραῤῥυῶμεν. εἰ γὰρ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, τηλικαύτης ἀμελήσαντες σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι διὰ τοῦ κυρίου, ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι, καὶ ποικίλαις δυνάμεσι, καὶ πνεύματος ἁγίου μερισμοῖς, κατὰ τὴν αὐτοῦ θέλησιν. οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξε τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν περὶ ἧς λαλοῦμεν. διεμαρτύρατο

odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus, deus tuus, oleo exultationis vltra consortes tuos. Psal. 101.
Et tu in initio domine terræ fundamenta iecisti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes vt vestimentum veterascent, ac velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui non deficient. Ad quem autem angelorum dixit vnquam? Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellum Psal. 109
pedum tuorum? Nónne omnes sunt administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos qui hæredes erunt salutis?

Propterea oportet nos vehementius attendere iis quæ dicta Cap. II.
sunt nobis, ne quando perfluamus. Etenim si is qui per angelos dictus fuerat sermo, fuit firmus, & omnis trãsgressio & inobedientia iustam præmij repensationẽ accepit, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum primũ enarrari cœperit per ipsum dominũ, ab iis qui audierãt, in nos confirmata fuit, attestante deo & signis & prodigiis simul, variisq; virtutibus, & spiritus sancti distributionibus iuxta ipsius voluntatem. Non enim angelis subiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur. Testatus est

autem alicubi quidam dicens:
Psal. 8. Quid est homo quod memor es
eius, aut filius hominis ꝙ inui-
sis illũ? Fecisti eũ paulisper infe
riorẽ angelis, gloria & honore
coronasti eum, & constituisti
eum super opera manuũ tuarũ.
Omnia subiecisti sub pedibus
1. Cor. 15 eius. In hoc enim quod ei subie
cit omnia, nihil omisit illi non
subiectum. At nondum vide-
mus illi omnia esse subiecta.
Philip. 2 Eum verò qui paulisper demi-
nutus fuerat infra angelos, cer-
nimus Iesum propter cruciatũ
mortis, gloria & honore coro-
natũ, vt per gratiã dei pro omni
gustaret mortem. Decebat enim
eum, propter quem sunt omnia,
& per quem sunt omnia, vt mul
tis filiis in gloriam adductis,
principem salutis illorum per
afflictiones perfectum redde-
ret. Quandoquidem & qui san-
ctificat, & qui sanctificãtur, ex
vno sunt omnes. Quam ob cau
sam non erubescit fratres illos
Psal. 21. vocare, dicens: Annunciabo no
men tuũ fratribus meis, in me-
dio ecclesiæ laudabo te. Et rur-
sum, Ego ero fidens in illo. Et
Esa. 8. iterum, Ecce ego & pueri, quos
mihi dedit Deus. Postea quàm
igitur pueri cõmercium habent
cum carne & sanguine, & ipse
similiter particeps factus est eo-
Osee. 13. rundem, vt per mortem abole-
1. Cor. 15 ret eum qui mortis habebat im-
perium, hoc est diabolum, &
libe-

τύρατο δέ που τὶς, λέγων. τί
ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκεις αὐ
τοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέ-
πτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βρα
χύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τι-
μῇ ἐστεφάνωσας αὐτὸν, καὶ κατέ-
στησας αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χει
ρῶν σου. πάντα ὑπέταξας ὑπο-
κάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ. ἐν γὰρ τῷ
ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐ-
δὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον.
νῦν δὲ οὔπω ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ
πάντα ὑποτεταγμένα, τὸν δὲ
βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλατ-
τωμένον, βλέπομεν ἰησοῦν, διὰ
τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ
καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον. ὅπως
χαρίτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύ-
σηται θανάτου. ἔπρεπε γὰρ αὐ
τῷ, δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ
τὰ πάντα, πολλοὺς υἱοὺς εἰς δό-
ξαν ἀγαγόντα, τὸν ἀρχηγὸν τῆς
σωτηρίας αὐτῶν, διὰ παθημά-
των τελειῶσαι. ὅτε γὰρ ἁγιά-
ζων, καὶ οἱ ἁγιαζόμενοι ἐξ ἑνὸς
πάντες. δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἐπαι-
σχύνεται ἀδελφοὺς αὐτοὺς κα-
λεῖν, λέγων. ἀπαγγελῶ τὸ ὄνο-
μά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἐν
μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. καὶ
πάλιν. ἐγὼ ἔσομαι πεποιθὼς
ἐπ' αὐτῷ. καὶ πάλιν. ἰδοὺ ἐγὼ καὶ
τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ θε-
ός. ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοι-
νώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ
αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν
αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦ θανάτου κα-
ταργήσῃ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ
θανάτου, τουτέστι τὸν διάβολον, καὶ
ἀπαλ-

ἀπαλλάξῃ τούτους, ὅσοι φόβῳ θανάτου διὰ παντὸς τοῦ ζῆν ἔνοχοι ἦσαν δουλείας. οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ. ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθείς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοηθῆσαι.

liberos redderet eos, quicunque metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti. Non enim videlicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, vt misericors esset & fidelis pontifex, in his quæ apud deum forent agenda, ad expiandum peccata populi. Nã ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & iis qui tentantur succurrere.

Ὅθεν ἀδελφοὶ ἅγιοι, κλήσεως ἐπουρανίου μέτοχοι, κατανοήσατε τὸν ἀπόστολον καὶ ἀρχιερέα τῆς ὁμολογίας ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν, πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἧξίωται, καθ' ὅσον πλείονα τιμὴν ἔχει τοῦ οἴκου ὁ κατασκευάσας αὐτόν. πᾶς γὰρ οἶκος κατασκευάζεται ὑπό τινος. ὁ δὲ τὰ πάντα κατασκευάσας, θεός. καὶ Μωϋσῆς μὲν πιστὸς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ὡς θεράπων, εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων. Χριστὸς δὲ ὡς υἱὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς, ἐὰν περ τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. διὸ καθὼς λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ, κατὰ τὴν ἡμέραν

Vnde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate apostolum & pontificẽ cõfessionis nostræ Christũ Iesum, qꝑ fidelis sit ei qui ipsum cõstituit, quemadmodum & Moses in tota domo ipsius. Tanto nãque maiore gloria, quàm Moses, hic dignus est habitus, quanto maiorẽ habet honorẽ is qui construxit domũ, quàm ipsa domus. Omnis enim domus construitur ab aliquo. Porrò qui cõdidit omnia, deus est. Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius veluti minister, in testimoniũ eorũ quæ post dicẽda erant. At Christus tanquam filius administrauit domũ ipsius, cuius domus sumus nos, si fiduciam & gloriationem spei ad finẽ vsq; firmã tenuerimus. Quapropter sicut dicit spiritus ille sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione, in

Cap. III.

Num. 2.

Psal. 94. Infra 4.

die tẽtationis in deserto, vbi tentauerũt me patres vestri, probauerũt me, & viderũt opera mea quadraginta annis. Quapropter infensus eram generationi illi, & dicebã: Semper errãt corde, ipsi verò nõ cognouerunt vias meas, sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sunt in requiem meã. Videte fratres, ne quando sit in vllo vestrũ cor prauum, obnoxium incredulitati, vt desciscat à deo viuente, sed exhortemini vos inuicem quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex vobis induretur seductione peccati. Christi participes facti sumus, si sanè initium substantiæ vsque ad finem firmum tenuerimus. In
Psal. 94. hoc quod dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in exacerbatione. Nam quidam quum audissent, exacerbauerunt: at non omnes qui profecti fuerant ex AEgypto per Mosen. Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nónne iis qui peccauerant, quorum membra conciderunt in deserto? Quibus autem iurauit, non ingressuros in requiem suam, nisi iis qui non obedierant? Et videmus ꝙ nõ potuerint ingredi propter incredulitatem.

Cã. IIII. Metuamus igitur ne quando derelicta promissione introeundi in requiem eius, videatur aliquis

ραν τοῦ πειρασμοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὗ ἐπείρασάν με οἱ πατέρες ὑμῶν, ἐδοκίμασάν με, καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου, τεσσαράκοντα ἔτη. διὸ προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπον, ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἔγνωσαν τὰς ὁδούς μου, ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. Βλέπετε ἀδελφοὶ, μή ποτε ἔσται ἐν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος, ἀλλὰ παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται, ἵνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν ἀπάτῃ τῆς ἁμαρτίας. μέτοχοι γὰρ γεγόναμεν τοῦ χριστοῦ, ἐάν περ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑποστάσεως, μέχρι τέλους βεβαίαν κατασχῶμεν, ἐν τῷ λέγεσθαι. σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν, ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. τινὲς γὰρ ἀκούσαντες παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως. τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν; ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίσι δὲ ὤμοσε, μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; καὶ βλέπομεν, ὅτι οὐκ ἠδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν.

Φοβηθῶμεν οὖν μή ποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ,

αὐτοῖς, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. καὶ γὰρ ἰσμὲν εὐηγγελισμένοι, καθάπερ κἀκεῖνοι. ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τὸ ἀκοῆς ἐκείνους, μὴ συγκεκραμένους τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν. εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες, καθὼς εἴρηκεν. ὡς ὤμοσα ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου, καίτοι τῶν ἔργων ἀπὸ καταβολῆς κόσμου γενηθέντων. εἴρηκε γάρ που περὶ τῆς ἑβδόμης οὕτως. καὶ κατέπαυσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. καὶ ἐν τούτῳ πάλιν. εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. ἐπεὶ οὖν ἀπολείπεται τινὰς εἰσελθεῖν εἰς αὐτὴν, καὶ οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες οὐκ εἰσῆλθον δι' ἀπείθειαν, πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν σήμερον ἐν Δαβὶδ λέγων, μετὰ τοσοῦτον χρόνον, καθὼς εἴρηται. σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν. εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. ἄρα ἀπολείπεται σαββατισμὸς τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ εἰσελθὼν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς κατέπαυσεν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἰδίων ὁ θεός. σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι πέσῃ τῆς ἀπειθείας. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τοῦ θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς,

aliquis ex vobis fuisse frustratus. Etenim nobis annunciatum est, quemadmodum & illis. At non profuit illis audisse sermonẽ, quod is non esset cum fide cõiunctus iis qui audierãt. Introimus enim in requiem nos qui credidimus, quemadmodũ dixit: Sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiem meam, licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis, Dixit enim quodam in loco de septimo die sic: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis. Et in hoc rursum, Si introibunt in requiem meam. Postea quàm igitur illud reliquum est, aliquos introire in eam, & quibus prius annunciatum fuit, non introierunt propter incredulitatem: rursum quendam prefinit diem hodie, in Dauid dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nequaquã de alio posthac die loquutus fuisset. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Nam qui ingressus est in requiẽ illi⁹, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodẽ concidat incredulitatis exemplo. Viuus est enim sermo dei & ef-

Psal. 94

Gen. 2.

Psal. 94

Supra. 3

Col. 2

ficax, & penetrantior quouis gladio vtrinq; incidēte, acpertingens vsq; ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq; & medullarū, & discretor cogitationum & intentionū cordis, nec est vlla creatura quę
Eccli.15 Psal.33 non manifesta sit in conspectu illius. Sed omnia nuda & resupinata oculis eius, ad quem nobis
Infra.8 est sermo. Habentes igitur pontificem magnū, qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus professionem. Non enim habemus pontificē, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum per omnia iuxta similitudinem absque peccato. Accedamus igitur cū fiducia ad thronum gratiæ, vt cōsequamur misericordiam, & gratiā inueniamus ad opportunum auxilium.

Cap. v. Nam omnis pontifex qui ex hominibus assumitur, pro hominibus constituitur in his quę apud deum aguntur, vt offerat donaria & victimas pro peccatis, qui placabilis esse possit, ignorātibus & errātibus, quandoquidē & ipse circundatus est infirmitate. Et propter hāc debet, quemadmodū pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis. Nemo sibiipsi vsurpat honorē, sed quivocatur etiam à deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus nō semetipsum glorificauit, vt fieret pontifex, sed

γὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, καὶ διϊκνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας, καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ. πάντα δὲ γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ λόγος. ἔχοντες οὖν ἀρχιερέα μέγαν διεληλυθότα τοὺς οὐρανούς, Ἰησοῦν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. πεπειρασμένον δὲ κατὰ πάντα, καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας. προσερχώμεθα οὖν μετὰ παῤῥησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος, ἵνα λάβωμεν ἔλεον, καὶ χάριν εὕρωμεν εἰς εὔκαιρον βοήθειαν.

πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς ἐξ ἀνθρώπων λαμβανόμενος, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν θεὸν, ἵνα προσφέρῃ δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν, μετριοπαθεῖν δυνάμενος τοῖς ἀγνοοῦσι καὶ πλανωμένοις, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς περίκειται ἀσθένειαν. καὶ διὰ ταύτην ὀφείλει, καθὼς περὶ τοῦ λαοῦ, οὕτως καὶ περὶ ἑαυτοῦ προσφέρειν ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. καὶ οὐχ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθάπερ καὶ ὁ ἀαρών. οὕτως καὶ ὁ χριστὸς οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασε γενηθῆναι ἀρχιερέα, ἀλλὰ

ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενέγκας, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱός, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν, καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ πᾶσιν, αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου, προσαγορευθεὶς ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀρχιερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ, περὶ οὗ πολὺς ἡμῖν ὁ λόγος καὶ δυσερμήνευτος λέγειν, ἐπεὶ νωθροὶ γεγόνατε ταῖς ἀκοαῖς. καὶ γὰρ ὀφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι διὰ τὸν χρόνον, πάλιν χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν ὑμᾶς τίνα τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς τῶν λογίων τοῦ θεοῦ, καὶ γεγόνατε χρείαν ἔχοντες γάλακτος, καὶ οὐ στερεᾶς τροφῆς. πᾶς γὰρ ὁ μετέχων γάλακτος, ἄπειρος λόγου δικαιοσύνης, νήπιος γάρ ἐστι. τελείων δέ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφή, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ.

Διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ χριστοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, μὴ πάλιν θεμέλιον καταβαλλόμενοι μετανοίας ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, καὶ

Carissimi nolite omni spiritui credere sed probate spiritus si ex deo sint quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus dei. Omnis spiritus qui confitetur iesum christum in carne venisse ex deo est & omnis spiritus qui soluit iesum ex deo non est & hic est antichristus de quo audistis quoniam venit & nunc in mundo iam est. Vos filioli ex deo estis & vicistis eum quoniam maior est qui in vobis est quam qui in mundo est. Ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur & mundus eos audit. Nos ex deo sumus qui nouit deum audit nos qui non est ex deo non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris. Carissimi diligamus alterutrum quoniam charitas ex deo est & omnis qui diligit ex deo natus est & cognoscit deum. Qui non diligit non cognouit deum quoniam deus charitas est. In hoc apparuit charitas dei in nobis quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum vt viuamus per eum. In hoc est charitas non quasi nos dilexerimus deum sed quoniam ipse dilexit nos & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Carissimi si sic deus dilexit nos & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam si diligamus alterutrum deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus & ipse in nobis quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur quoniam pater misit filium saluatorem mundi. Quicumque confessus fuerit quoniam iesus est filius dei deus in eo manet & ipse in deo. Et nos cognouimus & credidimus charitati quam habet deus in nobis. Deus charitas est & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo. In hoc perfecta est charitas dei nobiscum vt fiduciam habeamus in die iudicii quia sicut ille est & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorem quia timor pœnam habet. Qui autem timet non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus deum quoniam deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo deum & fratrem suum oderit mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à deo vt qui diligit deum diligat & fratrem suum.

Omnis qui credit quoniam iesus est christus ex deo natus est & omnis qui diligit eum qui genuit diligit & eum qui natus est ex ipso. In hoc cognoscimus quoniam diligimus filios dei cum deum diligamus & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas dei vt mandata eius custodiamus & mandata eius grauia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo vincit mundum & hæc victoria quæ vincit mundum fides nostra. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam iesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem iesus christus non in aqua solum sed in aqua & sanguine & spiritus est qui testificatur quoniam spiritus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo pater verbum & spiritus sanctus & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua & sanguis & hi tres in vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus testimonium dei maius est quoniam hoc est testimonium dei quod maius est quia testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei habet testimonium dei in se. Qui non credit deo mendacem fecit eum quia non credidit in testimonio quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium quoniam vitam æternam dedit deus nobis & hæc vita in filio eius est. Qui habet filium habet vitam qui non habet filium vitam non habet. Hæc scripsi vobis vt sciatis quoniam vitam habetis æternam qui credidistis in nomine filii dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad eum quoniam quodcumque petierimus secundum voluntatem eius audit nos & scimus quoniam audit nos quodcumque petimus scimus quoniam habemus petitiones quas postulauimus à deo. Videt quis fratrem suum peccare peccatum non ad mortem petet & dabitur ei vitam peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem non pro illo dico vt quis roget. Omnis iniquitas peccatum est & est peccatum non ad mortem. Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat sed generatio dei conseruat eum & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex deo sumus & mundus totus in maligno positus est. Scimus autem quoniam filius dei venit & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum & simus in vero filio eius. Hic est verus deus & vita æterna. Filioli custodite vos à simulacris. Amen.

Senior electæ dominæ & natis eius quos ego diligo in veritate & non ego solus sed & omnes qui cognouerunt veritatem propter veritatem quæ manet in nobis & nobiscum erit in æternum. Sit vobiscum gratia misericordia pax à deo patre & à christo iesu filio patris in veritate & charitate. Gauisus sum nimis quia inuenti sunt de filiis tuis ambulantes in veritate sicut mandatum accepimus à patre. Et nunc rogo te domina non quasi mandatum scribens tibi nouum sed quod habuimus ab initio vt diligamus alterutrum. Et hoc est charitas vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est mandatum sicut audistis ab initio vt in illo ambuletis. Quoniam seductores multi exierunt in mundum qui non confitentur iesum christum venisse in carne. Hic est seductor & antichristus. Videte vosmetipsos vt non perdatis quæ operati sumus sed mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non manet in doctrina christi deum non habet. Qui manet in doctrina hic & patrem & filium habet. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert nolite recipere eum in domum nec aue illi dixeritis. Qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis. Multa habens scribere vobis nolui per chartam & atramentum sed spero me futurum apud vos & os ad os loqui vt gaudium nostrum plenum sit. Salutant te filii sororis tuæ electæ. Amen.

Senior Gaio dilecto quem ego diligo in veritate. Carissime de omnibus rogo te vt prosperum facias te & valeas sicut prosperatur anima tua. Gauisus enim sum nimis cum venissent fratres & testificarentur veritatem tuam sicut & tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gratiam vt audiam filios meos in veritate ambulare. Carissime fidum facis quicquid operaris in hoc quod fratres & hoc peregrinos quibus testimonium charitatis tuæ coram ecclesia. Quos bene faciens deduces dignum deo. Pro nomine enim eius exierunt nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi vt cooperatores simus veritatis. Scripsi forte aliquid ecclesiæ sed qui amat primatum gerere inter eos diotrephes non recipit nos. Propter hoc si venero commonebo eius opera quæ facit verbis malignis garriens in nos & non contentus est super hæc ipse fratres non recipit & prohibentes de ecclesia eiicit. Carissime noli imitari malum sed quod bonum est. Qui bene facit ex deo est qui malum facit non vidit deum. Demetrio testimonium perhibetur ab omnibus & ab ipsa veritate & nos testimonium perhibemus & scis quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui scribere sed nolo per atramentum & calamum tibi scribere. Spero autem protinus te videre & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Salutate amicos per nomen.

Iudas iesu christi seruus frater autem iacobi his qui sanctificati sunt in deo patre & christo iesu conseruatis & vocatis misericordia & pax & charitas adimpleatur. Carissimi omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi nostra saluatione necessarium habui scribere vobis exhortans vt supernitamini semel traditæ sanctis fidei. Subintrauerunt enim quidam homines qui olim præscripti sunt in hoc iudicium impii gratiam dei nostri in luxuriam transferentes & solum dominatorem deum & dominum nostrum iesum christum negantes. Commonere autem vos volo cum semel omnia sciatis quia iesus populum de terra Ægypti saluans secundo eos qui non credebant perdidit. Angelos quoque qui non seruauerunt principatum sed dereliquerunt suum domicilium in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sodoma & Gomorra & circumpositæ ciuitates simili modo exfornicatæ & abeuntes post carnem alterius generis factæ sunt exemplum ignis æterni subeuntes. Similiter & isti carnem quidem maculant dominationem autem spernunt maiestatem autem blasphemant. Cum Michael archangelus cum diabolo contendens altercaretur de Moysi corpore non sustinuit iudicium inferre maledictionis nomen sed dixit imperet tibi dominus. Hi quæcumque quidem ignorant blasphemant quæcumque autem naturaliter tanquam muta animalia norunt in his corrumpuntur. Væ illis quia in via Cain abierunt & errore Balaam mercede effusi sunt & in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis conuiuantes sine timore semetipsos pascentes nubes sine aqua quæ à ventis circumferuntur arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ eradicatæ fluctus feri maris despumantes confusiones suas stellæ errantes quibus procella tenebrarum in æternum seruata est. Prophetauit autem & de his septimus ab Adam Enoch dicens ecce venit dominus in sanctis millibus suis facere iudicium contra omnes & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum quibus impie egerunt & de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum peccatores impii. Hi sunt murmuratores querulosi secundum desideria sua ambulantes & os eorum loquitur superba admirantes personas propter lucrum. Vos autem carissimi memores estote verborum quæ prædicta sunt à apostolis domini nostri iesu christi qui dicebant vobis quia in nouissimo tempore venient illusores secundum desideria sua ambulantes impietatis. Hi sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes. Vos autem carissimi ædificantes vosmetipsos sanctissimæ fidei orantes in spiritu sancto vosmetipsos in dilectione dei conseruate exspectantes misericordiam domini nostri iesu christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite qui discernuntur alios autem saluos facite de igne rapientes alios autem in timore miserimini odientes & maculatam ab carne tunicam. Ei autem qui potens est conseruare nos sine delicto & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in solo deo saluatori nostro per iesum christum dominum nostrum gloria magnificentia imperium & potestas ante omne tempus & nunc & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Apocalypsis iesu christi quam dedit illi deus palam facere seruis suis quæ oportet fieri in breui & significauit mittens per angelum suum seruo suo Ioanni qui testimonium perhibuit verbi dei & testimonium iesu christi quæcumque vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius & seruat ea quæ in ea scripta sunt tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia vobis & pax ab eo qui est & qui erat & qui venturus est à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt & à iesu christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum & princeps regum terræ qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo & fecit nos regnum & sacerdotes deo & patri suo ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen. Ecce venit cum nubibus & videbit eum omnis oculus & qui eum pupugerunt & plangent se super eum omnes tribus terræ etiam amen. Ego sum alpha & omega principium & finis dicit dominus qui est & qui erat & qui venturus est omnipotens. Ego Ioannes frater vester & socius in tribulatione & regno & patientia in iesu christo fui in insula quæ appellatur Pathmos propter verbum dei & testimonium iesu christi. Fui in spiritu in dominica die & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ dicentis quod videbis scribe in libro & mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia in Ephesum & in Smyrnam & in Pergamum & in Thyatiram & in Sardis & in Philadelphiam & in Laodiciam. Et conuersus sum vt viderem vocem quæ loquebatur mecum & conuersus vidi septem candelabra aurea & in medio candelabrorum aurearum similem filio hominis vestitum podere & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem eius & capilli candidi tanquam lana alba & tanquam nix & oculi eius tanquam flamma ignis & pedes eius similes aurichalco sicut in camino ardenti & vox illius tanquam vox aquarum multarum & habebat in dextera sua stellas septem & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum cecidi ad pedes eius tanquam mortuus & posuit dextram suam super me dicens mihi ne timeas ego sum primus & nouissimus & viuus & mortuus fui & ecce sum viuens in sæcula sæculorum & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidisti & quæ sunt & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum quas vidisti in dextera mea & septem candelabra aurea. Septem stellæ angeli sunt septem ecclesiarum & candelabra septem septem ecclesiæ sunt. Angelo ecclesiæ Ephesi scribe hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua & laborem & patientiam tuam & quia non potes sustinere malos & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse & non sunt & inuenisti eos mendaces & patientiam habes & sustinuisti propter nomen meum & non defecisti. Sed habeo aduersus te quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris & age pœnitentiam & prima opera fac. Sin autem venio tibi & mouebo candelabrum tuum de loco suo nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes quod odisti facta nicolaitarum quæ & ego odi. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ quod est in paradiso dei mei. Et angelo ecclesiæ Smyrnæ scribe hæc dicit primus & nouissimus qui fuit mortuus & vixit. Scio tribulationem tuam & paupertatem sed dives es & blasphemaris ab eis qui se dicunt esse Iudæos & non sunt sed synagoga satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus quosdam ex vobis in carcerem vt tentemini & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit non lædetur à morte secunda. Et angelo ecclesiæ Pergami scribe hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam. Scio vbi habitas vbi sedes satanæ est & tenes nomen meum & non negasti fidem meam & in diebus in quibus Antipas testis meus fidelis occisus est apud vos vbi habitat satanas. Sed habeo contra te pauca quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel manducare & fornicari. Sic habes & tu tenentes doctrinam nicolaitarum similiter. Pœnitentiam age si quo minus veniam tibi cito & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo manna absconditum & dabo illi calculum candidum & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit. Et angelo ecclesiæ Thyatiræ scribe hæc dicit filius dei qui habet oculos tanquam flammam ignis & pedes eius similes aurichalco. Noui opera tua & fidem & charitatem & ministerium & patientiam tuam & opera tua quæ nouissima plura sunt primis. Sed habeo aduersus te pauca quia tolerasti mulierem Iezabel quæ se dicit prophetissam docere & seducere seruos meos fornicari & manducare de idolothytis. Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce mittam eam in lectum & qui mœchantur cum ea in tribulationem maximam nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis. Et filios eius interficiam in morte & scient omnes ecclesiæ quia ego sum scrutans renes & corda & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico & cæteris qui Thyatiræ estis quicumque non habent doctrinam hanc & qui non cognouerunt altitudines satanæ sicut dicunt non mittam in vos aliud pondus. Tamen quod habetis tenete donec veniam. Et qui vicerit & custodierit usque in finem opera mea mihi dabo potestatem super gentes & reget eas in virga ferrea & tanquam vasa figuli conterentur sicut & ego accepi à patre meo & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo ecclesiæ Sardis scribe hæc dicit qui habet septem spiritus dei & septem stellas. Noui opera tua quia nomen habes quod viuas & mortuus es. Esto vigilans & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo meo. Memor esto igitur qualiter accepisti & audisti & obserua & pœnitentiam age. Si ergo non vigilabis veniam vt fur & nescies qua hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in Sardis quæ non inquinauerunt vestimenta sua & ambulabunt mecum in albis quia dignus est. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis & non delebo nomen eius de libro vitæ & confitebor nomen eius coram patre meo & coram angelis eius. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo ecclesiæ Philadelphiæ scribe hæc dicit sanctus & verus qui habet clauem dauid qui aperit & nemo claudit claudit & nemo aperit. Noui opera tua ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere quia modicam habes virtutem & seruasti verbum meum & non negasti nomen meum. Ecce dabo de synagoga satanæ qui dicunt se Iudæos esse & non sunt sed mentiuntur ecce faciam illos vt veniant & adorent ante pedes tuos & scient quia ego dilexi te. Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ & ego seruabo te ab hora tentationis quæ ventura est in vniuersum orbem tentare habitantes in terra. Ecce venio cito tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam illum columnam in templo dei mei & foras non egredietur amplius & scribam super eum nomen dei mei & nomen ciuitatis dei mei nouæ Ierusalem quæ descendit de cœlo à deo meo & nomen meum nouum. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Et angelo ecclesiæ Laodiciæ scribe hæc dicit amen testis fidelis & verus principium creaturæ dei. Noui opera tua quia neque frigidus es neque feruens. Vtinam frigidus esses aut feruens. Sed quia tepidus es & nec frigidus nec feruens incipiam te euomere ex ore meo. Quia dicis quod diues sum & locupletatus & nullius egeo & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum vt locuples fias & vestimentis albis induaris & non appareat confusio nuditatis tuæ & collyrio inunge oculos tuos vt videas. Ego quos amo arguo & castigo. Æmulare ergo & pœnitentiam age.

μὲν ἀποδεδοκιμασμένον, παρὰ δὲ θεῷ ἐκλεκτὸν, ἔντιμον, καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας, εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. διὸ καὶ περιέχει ἐν τῇ γραφῇ. ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον, ἐκλεκτὸν, ἔντιμον. καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ. ὑμῖν οὖν ἡ τιμὴ τοῖς πιστεύουσιν. ἀπειθοῦσι δὲ λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. καὶ λίθος προσκόμματος, καὶ πέτρα σκανδάλου, οἳ προσκόπτουσι τῷ λόγῳ, ἀπειθοῦντες εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν. ὑμεῖς δὲ γένος ἐκλεκτὸν, βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν, ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε τοῦ ἐκ σκότους ὑμᾶς καλέσαντος εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς. οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ λαὸς θεοῦ. οἱ οὐκ ἠλεημένοι, νῦν δὲ ἐλεηθέντες ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, ἀπέχεσθε τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς, τὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν ἔχοντες καλὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλοῦσιν ὑμῶν ὡς κακοποιῶν, ἐκ τῶν καλῶν ἔργων ἐποπτεύοντες, δοξάσωσι τὸν θεὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς. ὑποτάγητε οὖν

ab hominibus quidem reprobatus, apud deum verò electus ac precioſus: ipſi quoq; veluti viui lapides ædificemini, domus ſpiritualis, ſacerdotiũ ſanctũ ad offerẽdum ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo per Ieſum Chriſtum, quapropter & continet ſcriptura, Ecce pono in Sion lapidẽ, in ſummo ponendũ angulo, electũ, precioſum: & qui crediderit in illo, non pudefiet. Vobis igitur precioſus eſt, qui creditis. Cæterum iis, qui non credunt, lapis quem reprobauerãt ædificãtes, hic cœpit eſſe caput anguli: & lapis in quem impingitur, & petra ad quã offendãt, nempe iis qui non impingũt in ſermonẽ, neq; credunt in id ad quod & inſtituti fuerãt. Vos autem genus electum, regale ſacerdotiũ, gens ſancta, populus qui in lucrum acceſſit, vt virtutes prædicetis illius qui è tenebris vos vocauit in admirabilem ſuã lucẽ: qui quõdã eratis nõ populus, nũc populus dei: qui quõdã nõ cõſecuti miſericordiã, nunc eſtis miſericordiam conſecuti. Dilecti, obſecro, tanquam aduenas ac peregrinos, abſtinete à carnalibus concupiſcentiis, quę militant aduerſus animã, & cõuerſationem veſtram habete honeſtam inter gentes, vt in hoc quod obtrectant vobis quaſi maleficis, ex bonis operibus æſtimantes vos, glorificẽt deum in die

Eſa. 28.

Pſal. 117. Matt. 21. Luc. 20. Acto. 4.

Exod. 19

Oſee. 2. Rom. 9.

Gal. 5. Rom. 13.

Rom.13 die visitationis. Proinde subditi estote cuiuis humanę creaturæ propter dominum, siue regi tanquam præcellenti, siue præsidibus, vt qui per eum mittantur ad vindictam quidem nocentium, laudem vero recte agentium. Quoniã sic est voluntas dei, vt bene faciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus, tanquam liberi & non veluti prætextum habentes malitiæ libertatẽ, sed tanquã serui
Rom. 12 dei. Omnes honorate, fraternitaté diligite, deũ timete, regem
Ephes. 6. honorate. Famuli subditi sint
Coloss. 3. cum timore dominis, nõ solum
Tit. 2. bonis ac humanis, verũ etiam
2. Cor. 7 prauis. Nam hæc est gratia, si quis propter cõscientiã dei sufferat molestias, præter meritum affectus malis. Quæ enim est laus, si quũ peccantes alapis cædimini sufferetis? At si quum benefacitis, & tamen malis afficimini, sufferetis. Hæc enim est gratia apud deũ. Siquidẽ in hoc vocati estis, quoniam & Christus afflictꝰ est pro nobis, relinquẽs nobis exemplũ, vt insequemini vestigia ipsius, qui pec-
Esa. 53. catum non fecerat, nec inuẽtus
1. Ioan. 3. est dolus in ore illius: qui quum maledictis inciesseretur, non regessit maledicta, quũ malis afficeretur: nõ minabatur: sed tradidit vindictã ei qui iudicat iuste,
Esa. 53. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, quo peccatis

οὖν πάσῃ ἀνθρωπίνῃ κτίσει διὰ τὸν κύριον, εἴτε βασιλεῖ ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις, εἰς ἐκδίκησιν μὲν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν. ὅτι οὕτως ἐστὶ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, ἀγαθοποιοῦντας φιμοῦν τὴν τῶν ἀφρόνων ἀνθρώπων ἀγνωσίαν, ὡς ἐλεύθεροι, καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, ἀλλ' ὡς δοῦλοι θεοῦ. πάντας τιμήσατε, τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε, τὸν θεὸν φοβεῖσθε, τὸν βασιλέα τιμᾶτε. οἰκέται ὑποτασσόμενοι ἐν παντὶ φόβῳ τοῖς δεσπόταις, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς καὶ ἐπιεικέσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς σκολιοῖς. τοῦτο γὰρ χάρις, εἰ διὰ συνείδησιν θεοῦ ὑποφέρει τις λύπας πάσχων ἀδίκως. ποῖον γὰρ κλέος εἰ ἁμαρτάνοντες καὶ κολαφιζόμενοι ὑπομενεῖτε; ἀλλ' εἰ ἀγαθοποιοῦντες καὶ πάσχοντες ὑπομενεῖτε. τοῦτο γὰρ χάρις παρὰ θεῷ. εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, ὅτι καὶ χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ, ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει. παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. ὃς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν αὐτὸς ἀνήνεγκεν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ξύλον, ἵνα ταῖς ἁμαρτίαις ἀπογενόμενοι,

γνώμονοι, τῇ δικαιοσύνῃ ζήσωμεν, ὧ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε. ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα, ἀλλ' ἐπεστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα, καὶ ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν ὑμῶν.

Ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσονται, ἐποπτεύσαντες τὴν ἐν φόβῳ ἁγνὴν ἀναστροφὴν ὑμῶν, ὧν ἔστω οὐχ ὁ ἔξωθεν ἐμπλοκῆς τριχῶν, καὶ περιθέσεως χρυσίων, ἢ ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος, ἀλλ' ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος ἐν τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ πραέως, καὶ ἡσυχίου πνεύματος, ὅ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ πολυτελές. οὕτω γάρ ποτε καὶ αἱ ἅγιαι γυναῖκες, αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν θεὸν, ἐκόσμων ἑαυτὰς, ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν. ὡς Σάρρα ὑπήκουσε τῷ Ἀβραὰμ, κύριον αὐτὸν καλοῦσα, ἧς ἐγενήθητε τέκνα, ἀγαθοποιοῦσαι, καὶ μὴ φοβούμεναι μηδεμίαν πτόησιν. οἱ ἄνδρες ὁμοίως συνοικοῦντες κατὰ γνῶσιν, ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμὴν, ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐγκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν. τὸ δὲ τέλος, πάντες ὁμόφρονες, συμπαθεῖς, φιλάδελφοι, εὔσπλαγχνοι, φιλόφρονες, μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ

peccatis mortui iustitiæ viuere-mus: cuius eiusdē vibice sanati fuistis: nam eratis velut oues errantes, sed conuersi estis nūc ad pastorem & curatorem animarum vestrarum,

Similiter vxores subditæ sitis vestris viris, vt etiā qui non obtemperant sermoni, per vxorum cōuersationē absq; sermone lucrifiant: dū considerāt cū reuerētia cōiunctā castā cōuersationē vestrā, quarū ornatus sit non externus, qui situs est in plicatura capillorū, & additione auri, aut in palliorum amictu, verum occultus, qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita vt spiritus placidus sit ac quietus, qui spiritus in oculis dei magnifica ac sumptuosa res est. Nam ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in deo, comebant sese, & subditæ erant suis viris, quemadmodum Sarra obediuit Abrahæ, dominum illum appellans, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, & non terremini vllo pauore. Viri similiter cohabitēt secundū sciētiam, velut infirmiori vasi muliebri impartientes honorē, tanq; etiam cohæredes gratiæ vitæ, ne iterūpantur preces vestræ. In summa, omnes fitis vnanimes, similiter affecti, fraterna prædita charitate, misericordes, affabiles, non retaliātes malum malo, aut

Ca. 111. 1. Cor. 11 Col. 3. Ephes. 5.

Gen. 16.

Prou. 20. Rom. 12

aut conuitium conuitio, sed cõtrà benedicentes: sciétes vos in hoc vocatos esse, vt benedictionem hæreditate possideatis. Nã
Psal. 33. Iacob. 1. 3 qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coerceat linguã suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacẽ, & persequatur eam: quoniã oculi domini super iustos, & aures eius ad deprecationem illorum. Rursus aspectus domini super eos, qui faciunt mala. Et quis est, qui sit afflicturus vos, si bonitatis æmulatores fueritis? Matt. 5. Imò si quid etiam acciderit incommodi propter iustitiã, beati tamen estis. Cæterum terrore illorum ne terreamini, neque turbemini, sed dominum deum sanctificate in cordibus vestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti, vt loquamini de ea, quę in vobis est spe, cum mansuetudine & reuerentia, cõscientiam habẽtes bonam, vt in hoc quod vobis detrahunt tanquam sceleratis, pudefiant hi qui incessunt vestram bonam in Christo conuersationem. Præstat enim, vt bene agentes, si ita velit dei voluntas, malis afficiamini, quàm malefacientes. Quandoquidem
Heb. 9. Rom. 5. & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis, vt nos adduceret deo, mortificatus quidem carne, sed viuificatus

ἀντὶ κακοῦ, ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες, εἰδότες ὅτι εἰς τοῦτο ἐκλήθητε, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε. ὁ γὰρ θέλων ζωὴν ἀγαπᾶν, καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποιησάτω ἀγαθὸν, ζητησάτω εἰρήνην, καὶ διωξάτω αὐτήν. ὅτι οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά. καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, ἐὰν τοῦ ἀγαθοῦ μιμηταὶ γένησθε; ἀλλ' εἰ καὶ πάσχοιτε διὰ δικαιοσύνην, μακάριοι. τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε, κύριον δὲ τὸν θεὸν ἁγιάσατε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ἕτοιμοι δὲ ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, μετὰ πραΰτητος καὶ φόβου, συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθὴν, ἵνα ἐν ᾧ καταλαλεῖσθε ὑμῶν, ὡς κακοποιῶν, καταισχυνθῶσιν οἱ ἐπηρεάζοντες ὑμῶν τὴν ἀγαθὴν ἐν χριστῷ ἀναστροφήν. κρεῖττον γὰρ ἀγαθοποιοῦντας, εἰ θέλοι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, πάσχειν, ἢ κακοποιοῦντας. ὅτι καὶ ὁ χριστὸς ἅπαξ ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἔπαθεν, δίκαιος ὑπὲρ ἀδίκων, ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ θεῷ, θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι, ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυ-

ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς, ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε. ὅτε ἅπαξ ἀνεδέχετο ἡ τοῦ θεοῦ μακροθυμία, ἐν ἡμέραις νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν, ὀκτὼ ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος, ὃ καὶ ἡμᾶς ἀντίτυπον νῦν σώζει βάπτισμα, οὐ σαρκὸς ἀπόθεσις ῥύπου, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς θεὸν, δι' ἀναστάσεως ἰησοῦ χριστοῦ, ὃς ἐστὶν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, πορευθεὶς εἰς οὐρανὸν, ὑποταγέντων αὐτῷ ἀγγέλων, καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων.

tus spiritu, in quo etiam abiit, & spiritibus, qui erant in carcere, prædicauit, qui inobedientes fuerant quondam. Cum semel expectabatur dei lenitas in diebus Noe, cum apparabatur arca, in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ fuerunt per aquam: cuius figuræ nunc respondens baptismus, nos quoque saluos reddit: quo non carnis sordes abiiciũtur, sed quo fit vt bona cõscientia bene respõdeat apud deũ per resurrectionẽ Iesu Christi, qui est ad dexterã dei, profect⁹ in cœlũ, subiectis sibi angelis & potestatibus ac virtutibus. Gen. 7. Mat. 24. Luc. 17.

χριστοῦ οὖν παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε, ὅτι ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας, εἰς τὸ μηκέτι ἀνθρώπων ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ θελήματι θεοῦ, τὸν ἐπίλοιπον ἐν σαρκὶ βιῶσαι χρόνον. ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τοῦ βίου, τὸ θέλημα τῶν ἐθνῶν κατεργάσασθαι, πεπορευμένους ἐν ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κώμοις, πότοις, καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρίαις. ἐν ᾧ ξενίζονται, μὴ συντρεχόντων ὑμῶν εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν, βλασφημοῦντες, οἳ ἀποδώσουσι λόγον τῷ ἑτοίμως ἔχοντι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. εἰς τοῦτο γὰρ καὶ νεκροῖς εὐηγγελίσθη, ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι

Cum igitur Christus passus sit ℘ nobis carne, vos quoq; iuxta eandem cogitationẽ armemini, ℘ qui patiebatur in carne, destitit à peccato in hoc, vt iam non concupiscẽtiis hominũ, sed voluntati dei, quod supereſt in carne tẽpus viuat. Sat enim est nobis, ℘ anteacto vitæ tempore voluntatem gentium patrauerimus, cum versaremur in lasciuiis, cõcupiscẽtiis, vinolẽtiis, comessationibus, cõpotationibus, & nefariis simulacrorũ cultib⁹. Atq; id absurdũ illis videtur, ℘ nõ accuratis vnà cũ ipsis in eãdẽ luxus refusionẽ, qui de vobis male loquuntur. Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad iudicandum viuos & mortuos. Nã in hoc mortuis quoq; prædicatum est euangelium, vt Cap. iiii Iacob. 4

iudicentur quidē ſecundū hoīes carne, viuant aūt iuxta deū ſpiritu. Porrò rerū oīm finis immi net. Sitis igitī ſobrij & vigilātes ad orandum: ante oīa verò cha

Rom. 12 Prou. 10. ritatē inter vos vehementē habentes: nā charitas operiet mul

Heb. 13. titudinē peccatorum. Hoſpitales eſtote erga vos inuicem, ſine murmurationibus, vt quiſq; accepit donū, ita alius in aliū illud miniſtrātes, vt boni diſpēſatores variæ gratiæ dei. Si quis loquitur, loquatur vt eloquia dei: ſi quis miniſtrat, miniſtret tanq̄ ex virtute, quā ſuppeditat deus, vt in omnibus glorificetur deus per Ieſum Chriſtū, cui eſt gloria & imperiū in ſecula ſeculorum, Amen. Chariſſimi, ne miremini, dum per ignē exploramini, quæ res ad experimētum veſtri fit, perinde quaſi nouū ali quid vobis obtingat: imò in hoc quod conſortes eſtis afflictionū Chriſti, gaudete, vt in reuelatione quoq; gloriæ eiuſdē gaudeatis exultātes. Si ꝓbris afficimini ī noīe Chriſti, beati eſtis, quoniā gloria & ſpiritus dei ſuper vos requieſcit. Iuxta ipſos quidē maledictis afficitur, iuxta vos aūt glorificaī. Ne quis enim veſtrum affligaī vt homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut curioſus alienarū rerū. Porrò ſi vt Chriſtian⁹ affligitur aliquis, ne pudeſiat, imò glorificet deū in parte hac. Quandoquidē & tempus

κὴ, ζῶσι δὲ κατὰ θεὸν πνεύμα τι. πάντων δὲ τὸ τέλος ἤγγικε. σωφρονήσατε οὖν καὶ νήψατε εἰς τὰς προσευχάς. πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες, ὅτι ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν. φιλόξενοι εἰς ἀλλήλους, ἄνευ γογγυσμῶν. ἕκαστος καθὼς ἔλαβε χάρισμα, εἰς ἑαυτοὺς αὐτὸ διακονοῦντες, ὡς καλοὶ οἰκονόμοι ποικίλης χάριτος θεοῦ. εἴ τις λαλεῖ, ὡς λόγια θεοῦ· εἴ τις διακονεῖ, ὡς ἐξ ἰσχύος, ἧς χορηγεῖ ὁ θεὸς, ἵνα ἐν πᾶσι δοξάζηται ὁ θεὸς διὰ τοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ, ᾧ ἐστὶν ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἀγαπητοὶ, μὴ ξενίζεσθε τῇ ἐν ὑμῖν πυρώσει, πρὸς πειρασμὸν ὑμῖν γινομένῃ, ὡς ξένου ὑμῖν συμβαίνοντος, ἀλλὰ καθὸ κοινωνεῖτε τοῖς τοῦ χριστοῦ παθήμασι, χαίρετε, ἵνα καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῆς δόξης αὐτοῦ χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. εἰ ὀνειδίζεσθε ἐν ὀνόματι χριστοῦ, μακάριοι, ὅτι τὸ τῆς δόξης καὶ τὸ τοῦ θεοῦ πνεῦμα ἐφ' ὑμᾶς ἀναπαύεται. κατὰ μὲν αὐτοὺς βλασφημεῖται, κατὰ δὲ ὑμᾶς δοξάζεται. μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεύς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιὸς, ἢ ὡς ἀλλοτριεπίσκοπος. εἰ δὲ ὡς χριστιανὸς, μὴ αἰσχυνέσθω. δοξαζέτω δὲ τὸν θεὸν ἐν τῷ μέρει τούτῳ. ὅτι καὶ ὁ καιρὸς τοῦ ἄρξασθαι τὸ κρῖμα

τὸ κρῖμα ἀπὸ τοῦ ὄικου τοῦ θεοῦ· εἰ δὲ πρῶτον ἀφ' ἡμῶν, τί τὸ τέλος τῶν ἀπειθούντων τῷ τοῦ θεοῦ εὐαγγελίῳ; καὶ ὁ δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς πῦ φανεῖται; ὥς τε καὶ οἱ πάσχοντες κατὰ θέλημα τοῦ θεοῦ, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέσθωσαν τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐν ἀγαθοποιΐᾳ.

tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei: quod si primum incipiat à nobis, quis erit finis eorum, qui non credunt Dei euangelio? Et si iustus vix saluus efficitur, impius & peccator vbi comparebit? Proinde qui affliguntur iuxta voluntatem Dei, tanquam apud fidelem conditorem deponant animas suas benefaciendo. Prou. 11.

πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ, ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ μάρτυς τῶν τοῦ χριστοῦ παθημάτων, ὁ καὶ τῆς μελλούσης ἀποκαλύπτεσθαι δόξης κοινωνός, ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ χριστοῦ, ἐπισκοποῦντες μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως, μηδὲ αἰσχροκερδῶς, ἀλλὰ προθύμως, μηδὲ ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, ἀλλὰ τύποι γινόμενοι τοῦ ποιμνίου. καὶ φανερωθέντος τοῦ ἀρχιποιμένος, κομιεῖσθε τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον. ὁμοίως νεώτεροι ὑποτάγητε πρεσβυτέροις, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, ὅτι ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ταπεινώθητε οὖν ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα τοῦ θεοῦ, ἵνα ὑμᾶς ὑψώσῃ ἐν καιρῷ, πᾶσαν τὴν μέριμναν ὑμῶν ἐπιρίψαντες ἐπ' αὐτὸν, ὅτι αὐτῷ μέλει περὶ ὑμῶν. νήψατε, γρηγορήσατε, ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ,

Cap. v. Presbyteros, qui inter vos sũt, obsecro, qui sum & ipse presbyter ac testis afflictionum Christi, atq; idẽ consors gloriæ, quæ reuelabitur, pascite, quantum in vobis est, gregem Christi curam illius agentes, nõ coactè, sed volentes, non turpiter affectantes lucrum, sed propẽso animo, neque ceu dominiũ exercẽtes aduersus cleros, sed sic vt sitis exẽplaria gregis. Et quum apparuerit ille pastorum princeps, reportabitis immarcescibilẽ gloriæ coronam. Similiter iuniores subditi estote senioribus, sic vt oẽs ali⁹ alij vicissim subiicia mini. Humilitatẽ animi vobis infixã habete, ꝓpterea ꝙ deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliemini igitur sub potenti manu dei, vt vos extollat quum erit opportunum: omni cura vestra cõiecta in illũ. nã illi cura est de vobis. Sobrij estote, vigilate, quoniam aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiẽs obambulat, quæ-

Iacob. 4. Ibidem. Luc. 12. Iacob. 4.

ριπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ. ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει, εἰδότες τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἐν κόσμῳ ὑμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι. ὁ δὲ θεὸς πάσης χάριτος, ὁ καλέσας ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ δόξαν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὀλίγον παθόντας, αὐτὸς καταρτίσαι ὑμᾶς, στηρίξαι, σθενώσαι, θεμελιώσαι. αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ, ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ θεοῦ, εἰς ἣν ἑστήκατε. ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μᾶρκος ὁ υἱός μου. ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι τῆς ἀγάπης. εἰρήνη ὑμῖν πᾶσι τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. ἀμήν.

rens quem deuoret. Cui resistite, solidi fide, scientes easdem afflictiones, vestræ quæ in mundo est fraternitati, consummari. Sed deus omnis gratiæ, qui vocauit nos ad æternam suam gloriam per Christum Iesum, paruper afflictos, idem instauret vos, fulciat, roboret, stabiliat: Ipsi gloria, imperiū in secula seculorum, Amen. Per Syluanum vobis fidelem fratrem, vt arbitror, paucis scripsi, adhortans ac testificans hanc esse veram gratiam dei, in qua statis. Salutat vos ea quæ est in Babylone, vestræ consors electionis ecclesia, & Marcus filius meus. Salutate vos mutuo charitatis osculo. Pax vobis omnibus, quī estis in CHRISTO IESV. Amen.

IN EPISTOLAM PETRI SECVNDAM

Argumentum per D. Erasmum Roterodamum.

HAnc, ut apparet, scripsit admodū senex, & iam morti uicinus, quandoquidem de obitu suo meminit. Scribit autem promiscue Christianis omnibus, adhortans ad uitæ puritatem, & ueterū exemplis ac terrore iudicii extremi deterrens à turpibus, uehementer insectans eos, qui simplicium animos peruersa doctrina corrumperent, negantes aduenturum Christum.

EPISTOLA PETRI
APOSTOLI
Secunda.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α. CAPVT I.

ΣΥμεὼν πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος ἰησοῦ χριστοῦ, τοῖς ἰσότιμον ἡμῖν λαχοῦσι πίστιν ἐν δικαιοσύνῃ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει τοῦ θεοῦ, καὶ ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν, ὡς πάντα ἡμῖν τῆς θείας δυνάμεως αὐτοῦ, τὰ πρὸς ζωὴν καὶ εὐσέβειαν, δεδωρημένης, διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, δι' ὧν τὰ τίμια ἡμῖν καὶ μέγιστα ἐπαγγέλματα δεδώρηται, ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως, ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς. καὶ αὐτὸ τοῦτο δὲ σπουδὴν πᾶσαν παρεισενέγκαντες, ἐπιχορηγήσατε ἐν τῇ πίστει ὑμῶν τὴν ἀρετήν, ἐν δὲ τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν, ἐν δὲ τῇ γνώσει τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τῇ ἐγκρατείᾳ τὴν ὑπομονήν, ἐν δὲ τῇ ὑπομονῇ τὴν εὐσέβειαν, ἐν δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν φιλαδελφίαν, ἐν δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὴν ἀγάπην. ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα, οὐκ ἀργοὺς οὐδὲ ἀκάρπους καθίστησιν εἰς τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ ἐπίγνωσιν.

SYmeon Petrus seruus & apostolus Iesu Christi, iis qui æquè precioſam nobiſcũ ſortiti ſunt fidẽ per iuſtitiam Dei noſtri & ſeruatoris Iesu Chriſti. Gratia vobis & pax multiplicetur per agnitionem dei, & Iesu domini noſtri, ſic vt eius diuina virtus omnia nobis largita eſt, quæ ad vitam ac pietatem pertinẽt, per agnitionẽ eius qui vocauit nos per gloriã & virtutem, per quæ precioſa nobis ac maxima promiſſa donata ſunt, vt per hæc efficeremini diuinæ conſortes naturæ, ſi refugeritis à corruptione quæ eſt in mundo per concupiſcẽtiam. Sed & in hoc ipſum omni adhibito ſtudio, ſubminiſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute verò ſcientiã, in ſcientia verò temperantiam, in temperantia verò patientiam, rurſus in patientia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna verò charitate, dilectionem. Hæc enim quũ vobis adſint & exuberent, haud ocioſos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad domini noſtri Ieſu

Christi cognitionem. Nam cui non adsunt hæc, is cæcus est, & manu viam tentans, oblitus sese à veteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quapropter fratres, potius operam date, vt vocationem & electionem vestram firmam efficiatis. Hæc enim si feceritis, non labemini vnquam. Siquidem ad hunc modum abũ de subministrabitur vobis introitus in æternũ regnũ domini nostri & seruatoris Iesu Christi. Quapropter haud negligã, vos semper commonere de his, tametsi sciatis, & confirmati sitis in præsenti veritate. Attamen iustum arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionẽ: cum sciam breui futurum, vt deponam hoc tabernaculum meum: quemadmodum & dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quin & dabo semper operam, vt vos post exitum meum, horum mentionem facere possitis. Non enim arte compositas fabulas sequuti, notam vobis fecimus domini nostri Iesu Christi virtutem & aduentum, sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Acceperat enim à Deo patre honorem & gloriam, voce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria.

Mat.3.17 Mar.1.9. Luc.3. Hic est ille filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est. Et hanc vocem nos audiuimus è cœlo

σιμ. ὦ γὰρ μὴ παρῇσι ταῦτα, τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν. διὸ μᾶλλον ἀδελφοὶ σπουδάσατε βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλῆσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. ταῦτα γὰρ ποιοῦντες, οὐ μὴ πταίσητέ ποτε. οὕτως γὰρ πλουσίως ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος εἰς τὴν αἰώνιον βασιλείαν τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. διὸ οὐκ ἀμελήσω ὑμᾶς ἀεὶ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, καίπερ εἰδότας, καὶ ἐστηριγμένους ἐν τῇ παρούσῃ ἀληθείᾳ. δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐν τούτῳ τῷ σκηνώματι, διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει, εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐστιν ἡ ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐδήλωτέ μοι. σπουδάσω δὲ καὶ ἑκάστοτε ἔχειν ὑμᾶς μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον τὴν τούτων μνήμην ποιεῖσθαι. οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἠκολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. λαβὼν γὰρ παρὰ θεοῦ πατρὸς τιμὴν καὶ δόξαν, φωνῆς ἐνεχθείσης αὐτῷ τοιάσδε ὑπὸ τῆς μεγαλοπρεποῦς δόξης, οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, εἰς ὃν ἐγὼ εὐδόκησα. καὶ ταύτην τὴν φωνὴν ἡμεῖς ἠκούσαμεν, ἐξ οὐρανοῦ ἐνεχθεῖ-

νεχθεῖσαν, σὺν αὐτῷ ὄντες ἐν τῷ ὄρει τῷ ἁγίῳ καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαυγάσῃ, καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν· τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι πᾶσα προφητεία γραφῆς, ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται. οὐ γὰρ θελήματι ἀνθρώπου ἠνέχθη ποτὲ προφητεία, ἀλλ' ὑπὸ πνεύματος ἁγίου φερόμενοι, ἐλάλησαν οἱ ἅγιοι θεοῦ ἄνθρωποι.

Ἐγένοντο δὲ καὶ ψευδοπροφῆται ἐν τῷ λαῷ, ὡς καὶ ἐν ὑμῖν ἔσονται ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, καὶ τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι, ἐπάγοντες ἑαυτοῖς ταχινὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, δι' οὓς ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας βλασφημηθήσεται, καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται, οἷς τὸ κρῖμα ἔκπαλαι οὐκ ἀργεῖ, καὶ ἡ ἀπώλεια αὐτῶν οὐ νυστάζει. εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ σειραῖς ζόφου ταρταρώσας, παρέδωκεν εἰς κρίσιν τετηρημένους, καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε, κατακλυσμὸν κόσμῳ ἀσεβῶν ἐπάξας, καὶ πόλεις Σοδόμων καὶ Γομόρρας τεφρώσας κατεκρινεν,

è cœlo delatam, quum essemus vnà cum illo in monte sancto. Et habemus firmiorem sermonem propheticũ, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illuscescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris. Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica scriptura non sit priuatæ interpretationis. Non 1. Tim. 3
enim voluntate hominis allata est olim prophetia, sed à spiritu sancto impulsi, loquuti sunt sancti dei homines.

Fuerunt autem & pseudo- Cap. 11.
prophetæ in populo, quèadmodum & inter vos erunt falsi doctores, qui clàm inducẽt sectas pernicioſas, etiam dominum, qui illos mercatus est, abnegantes, accersentes sibiipsis celerem interitum, & plerique sequẽtur illorũ exitia: per quos via veritatis maledictis afficietur, & per auaritiã factitiis sermonibus de vobis negociabuntur, quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. Nam si deus an- Iob. 4
gelis qui peccauerant nõ pepercit, sed catenis noctis in tartarũ præcipitatos, tradidit seruatos in iudicium, & prisco mundo nõ pepercit, sed octauum in Gen. 7
stitiæ præconem Noe seruauit diluuio in mundum impiorum inducto, & ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem

redactas, subuersione condemnauit, eosq; fecit exemplum iis
Gen.19 qui impie forent acturi: & iustum Lot, qui opprimebatur à nefariis per libidinosam cõuersationem, eripuit. Is enim oculis & auribus iustus, quum habitaret inter illos, quotidie, animam iustam iniquis illorum factis excruciabat. Nouit dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare, maxime vero illos, qui carnem sequẽtes in concupiscentia pollutionis ambulant, ac dominationem contemnunt, audaces, præfracti, qui gloria præcellentes non verentur conuitiis incessere. Quũ ipsi angeli qui sunt robore ac virtute maiores, non ferunt aduersus sese apud dominum, maledicum iudicium. At isti veluti bruta animantia, natura genita in capturã & in pernicie, in his quæ non intelligũt maledicentes in perditione sua peribunt, reportãtes mercedem iniustitiæ, pro voluptate ducentes, si in diem delitiis fruantur, labes ac maculæ, qui conuiuantes in erroribus suis insultãt vobis, oculos habentes plenos adulteræ, & qui à peccando cessare nesciãt, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, execrabiles filij, qui relicta recta via aber-
Num.22 rarunt, sequuti viam Balaam, filij

κατέκρινεν, ὑπόδειγμα μελλόντων ἀσεβεῖν τεθεικώς· καὶ δίκαιον Λὼτ καταπονούμενον ὑπὸ τῆς ἀθέσμου ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστροφῆς, ἐρρύσατο. βλέμματι γὰρ καὶ ἀκοῇ ὁ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ψυχὴν δικαίαν ἀνόμοις ἔργοις ἐβασάνιζεν· οἶδε κύριος εὐσεβεῖς ἐκ πειρασμοῦ ῥύεσθαι, ἀδίκους δὲ εἰς ἡμέραν κρίσεως κολαζομένους τηρεῖν· μάλιστα δὲ τοὺς ὀπίσω σαρκὸς ἐν ἐπιθυμίᾳ μιασμοῦ πορευομένους, καὶ κυριότητος καταφρονοῦντας· τολμηταὶ, αὐθάδεις, δόξας οὐ τρέμουσι βλασφημοῦντες, ὅπου ἄγγελοι ἰσχύϊ καὶ δυνάμει μείζονες ὄντες, οὐ φέρουσι κατ' αὐτῶν παρὰ κυρίῳ βλάσφημον κρίσιν. οὗτοι δὲ ὡς ἄλογα ζῶα φυσικὰ γεγεννημένα εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, ἐν οἷς ἀγνοοῦσι βλασφημοῦντες ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρήσονται, κομιούμενοι μισθὸν ἀδικίας, ἡδονὴν ἡγούμενοι, τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν, σπίλοι καὶ μῶμοι, ἐντρυφῶντες ἐν ταῖς ἀπάταις αὐτῶν, συνευωχούμενοι ὑμῖν, ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος, καὶ ἀκαταπαύστους ἁμαρτίας, δελεάζοντες ψυχὰς ἀστηρίκτους, καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, κατάρας τέκνα, καταλιπόντες τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἐπλανήθησαν, ἐξακολουθήσαντες τῇ ὁδῷ τοῦ Βαλαὰμ, τοῦ βοσὸρ, ὃς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν,

πησεν, ἔλεξιν δὲ ἔσχεν ἰδίας παρανομίας. ἀποζύγιον ἄφωνον, ἐν ἀνθρώπου φωνῇ φθεγξάμενον, ἐκώλησε τὴν τοῦ προφήτου παραφρονίαν. οὗτοί εἰσι πηγαὶ ἄνυδροι, νεφέλαι ἀπὸ λέλαπος ἐλαυνόμεναι, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους εἰς αἰῶνα τετήρηται. ὑπέρογκα γὰρ ματαιότητος φθεγξάμενοι, δελεάζουσιν ἐν ἐπιθυμίαις σαρκὸς, ἀσελγείαις, τοὺς ὄντως ἀποφυγόντας, τοὺς ἐν πλάνῃ ἀναστρεφομένους, ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλόμενοι, αὐτοὶ δοῦλοι ὑπαρχόντες τῆς φθορᾶς. ᾧ γάρ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δελούλωται. εἰ γὰρ ἀποφυγόντες τὰ μιάσματα τοῦ κόσμου, ἐν ἐπιγνώσει τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἰησοῦ χριστοῦ, τούτοις δὲ πάλιν ἐμπλακέντες ἡττῶνται, γέγονεν αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων. κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσιν, ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς. συμβέβηκε δὲ αὐτοῖς τὸ τῆς ἀληθοῦς παροιμίας, κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ ὗς λουσαμένη, εἰς κύλισμα βορβόρου.

Ταύτην ἤδη ἀγαπητοὶ δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολὴν, ἐν αἷς διεγείρω ὑμῶν, ἐν ἀπομνήσει

filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate: animal subiugale mutum, humana voce loquens, prohibuit prophetæ dementiam. Isti sunt fontes aqua carentes, nebulæ quæ à procella feruntur, quibus caligo tenebrarum in æternũ seruata est. Siquidem vbi vehementer fastuosa vanitatis verba sonuerint, inescant homines per concupiscentias carnis voluptatibus, eos qui vere aufugerant ab his qui in errore conuersantur, dum illis libertatem pollicentur, quum ipsi serui sint corruptionis. Siquidem à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus. Nam si postea quàm refugerunt ab inquinamentis mundi, per agnitionem domini & seruatoris Iesu Christi, tamen is rursum inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enim fuisset illis, non cognouisse viam iustitiæ, quàm vbi cognouerunt, conuerti ab eo, quod illis traditum fuit sancto præcepto. Verum accidit illis id, quod vero prouerbio dici solet: Canis reuersus ad suum ipsius vomitum: & sus lota, reuersa ad volutabrum cœni.

Iudæ. 1

Ioan. 8

Prou. 26

Hasce iam alteras vobis charissimi scribo literas, in quibus extimulo vestram per commoni-

Cap. 111

commonitionē, ſynceram mentem, vt memores ſitis verborum, quæ prædicta ſunt à ſanctis prophetis, & mandati noſtri, qui ſumus apoſtoli domini & ſeruatoris, illud primum ſcientes, venturos in extremis diebus illuſores, qui iuxta proprias concupiſcentias ambulent, & dicant: Vbi eſt pollicitatio aduentus eius? Siquidē ex quo die patres obdormierunt, ſic omnia permanent ab initio conditionis. Nam illud volētes neſciunt, quod cœli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam cōſiſtens dei ſermone, per quæ is qui tum erat mūdus, aqua inundatus periit. At qui nunc ſunt cœli ac terra, eiuſdem ſermone repoſiti ſunt, & ſeruantur igni, in diem iudicij & perditionis impiorū hominum. Vnum autem hoc ne lateat vos dilecti, quòd vnus dies apud dominum perinde eſt vt mille anni, & mille anni vt dies vn⁹. Haud tardat dominus qui promiſit, quemadmodum nonnulli tarditatem exiſtimant. Verum patiens eſt erga nos, dum non vult vllos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere. Veniet autem dies domini ſicut fur in nocte, quo cœli, procellæ in morem tranſibunt: elemētа vero æſtuantia ſoluentur, terráque & quę in ea ſunt opera, exurentur.

1. Tim. 4
2. Tim. 3
Iudæ. 1
Ezech. 12
1. Theſ. 5
Apoc. 3

μνήσει τῶν ἁγίων προειρημένων ῥημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ὑμῶν ἐντολῆς, τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος, τοῦτο πρῶτον γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται ἐπ' ἐσχάτου τῆς ἡμέρας ἐμπαῖκται κατὰ τὰς ἰδίας αὐτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι, καὶ λέγοντες· ποῦ ἔστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτως διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. λανθάνει γὰρ αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, ὅτι οὐρανοὶ ἦσαν ἔκπαλαι, καὶ γῆ ἐξ ὕδατος, καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα τῷ τοῦ θεοῦ λόγῳ, δι' ὧν ὁ τότε κόσμος ὕδατι κατακλυσθεὶς ἀπώλετο· οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι εἰς ἡμέραν κρίσεως καὶ ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων. ἓν δὲ τοῦτο μὴ λανθανέτω ὑμᾶς, ἀγαπητοί, ὅτι μία ἡμέρα παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη ὡς ἡμέρα μία. οὐ βραδύνει ὁ κύριος τῆς ἐπαγγελίας, ὥς τινες βραδύτητα ἡγοῦνται· ἀλλὰ μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, μὴ βουλόμενός τινας ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι. ἥξει δὲ ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, ἐν ᾗ οἱ οὐρανοὶ ῥοιζηδὸν παρελεύσονται, στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαήσεται.

Quum

τούτων

